
IHS


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
12
13 E
25

Vertua de mort. retard.

S

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. Inscrip. B. S.


# DE MORTE RETARDANDA TRACTATIO.

*IO. BAPTISTA VERTVA*
*Mediolanensi Collegio adnixo Medico*
AVTHORE.

CVM PRIVILEGIO.






MEDIOLANI,

Apud Io. Iacobum Cumum. M. DC. XVI.
*De consensu Superiorum.*



COMITI
# FEDERICO BORROMAEO
Cardinali, & Archiepiscopo Mediolani.

IO. BAPTISTA VERTVA PHYSICVS P. F.



I bonorum Principum diuturna vita à nemine nõ debet exoptari, certe tua, Cardinalis amplissime, primariæ Mediolanensis Ecclesiæ princeps optime, a cunctis harum regionum populis,

pulis, ab omnibus Italię, & cæterarum Prouinciarum nationibus summopere est expetenda. votis á Deo roganda, & quocunque adhiberi potest, studio, & labore curanda. & ego, qui iampridem intuor, perspicio, meditor locum, virtutem & actiones tuas, vnde honestas & fructus ad pręsétes, & vicinos, norma, & exemplum ad exteros, & longinquos, sic saluti tuæ timeo, incolumitati faueo, diuturnitati studeo, vt, si vtilitatem illi afferre non possim, voluntatem tamen meam id pręstandi proferre velim. Itaque monumentum istud, si non è marmore exculptum, saltem è quercu dolatum; opusqulum inquam de morte retardanda á me humili medico conscriptum, sublimi tuo nomini inscriptum edendum censui. & licet, ea non sit ingenij mei uis, & præstantium scriptorum notitia, vt ex his eruere, & ab eo promere aliquid pos-

sim,

sim, quod prudētię & eruditioni tuæ sit ignotum ; aut temperantiæ & abstinentiæ nouum ; spero tamen, quæ tua est in tanta fortuna humilitas, virtute facilitas, amplitudine æquitas, studium istud meum minimè ingratum humanitati tuæ fore : atque si dabitur mihi, vt oculos, & mentem tuam vere præstantem ad tenue istud munus demittens, aliquid ex libello meo notes, quod non inutile sit valetudini tuæ, cuius saluti, ob eam, quæ plurimorum à te pendet, salutem, studiose debes consulere, profectò, quod summum in meis votis est, id videbor consequutus. Quod si nominis mei obscuritas, & eruditionis tenuitas non erunt tanti, vt summas occupationes tuas penetrare, & locum mihi inter clientes ; & deuinctissimos familiares tuos impetrare non possint, id saltem vt detur libello meo, Te, Illustrissime Præsul, sup-

 plex

plex rogo; nempe vt ei augustissimus in augustissima & planè Regia Bibliothêca tua locus concedatur. Deus autem; Deus, inquam, sit, qui me humilem Tibi seruum, & Te Gregi tuo præsidium, & Orbi lumen diutissime conseruet. Mediolani xi Calendas Maij M.DC.XVI.



# IN AVREVM IO. BAPTISTAE Vertuæ libellum de Morte Retardanda.

## BENEDICTI SOSSAGI Epigramma.

*PLaudite mortales, qui non contemnitis artus;*
*En opus humana maius habetis ope:*
*Conqueritur vulgus non crescere Pluto silentum,*
*Se stipe fraudari congemit ipse Charon.*
*Iudicium cessare fremit Rhadamantus, & vrnam*
*Deijcit indignans triste vacare forum:*
*Dum videt imperiũ minui mors, hei mihi, clamat,*
*Hoc operis prodit mortis in exitium.*
*Quæq; sua vi cuncta potest euertere rerum,*
*Nulla operi tanto mors nocuisse potest.*



# AVTHOR AD LECTOREM.



*Mnibus à natura insitum eſſe viuendi deſiderium probare velle, idem eſſet iudicio meo, ac ſi quiſpiam lucem ſoli ineſſe probare tentaret. vitam quoq; ſanam producere, non homines ſolum, ſed bruta quoq; animantia ſolo naturæ inſtinctu optare, quotidiana experientia docet: eandem verò vitam ſalubrem vſq; ad extremam ſenectutem degere, tanquam ſummum bonum ab humano genere, & haberi & deſiderari manifeſtum eſt, & à Platone*

*in secundo de legibus confirmatum, verum tamen sicuti quamplures homines hoc summum bonum totis viribus assequi contendunt; sic pauci admodum sunt, qui metam hanc attingere valeant; idq; duabus de causis potissimum euenire arbitror, vel scilicet quia methodo carent, qua ad dictum summum bonum homines dirigantur, vel quia vitiorum, voluptatumq; illecebris capti, quanquam dictam calleant methodum, spernere tamen eam videntur: his ductus ego rationibus, opusculum hoc posteris relinquere decreui, in quo & vitia à brutis etiam animantibus non admissa, præ pudore saltem euitanda esse demonstratur; & methodus ipsa, qua, vitijs postpositis, summum dictum bonum consequatur, patula cuiq; fiat: quod vt commodius præstaretur, initium à vita primordijs capere operæpretium duxi: quæ primordia cum tria sint, humidũ scilicet radicale, spiritus, & calor natiuus, vnum tamen constituere videntur,*

*natu-*

*naturam scilicet, unde apparet trinitatem quandam nostri compositionem ingredi, cuius trinitatis essentiam specificam explicare decreui, vt clarius innotescat ortus & interitus nostri causa. mortis deinde necessitatem adducere, vt eius essentia seu definitio aperiatur, & cuique simul constet longitudinis & breuitatis vitæ causa. mortem postmodum retardari posse, probare, vt denique methodus constituatur, qua vitam incolumem longo temporis cursu traducere quisque posset: quæ quidem methodus quamuis in septem semitas diuidatur, non per singulas, aut binas, trinasue tantummodo, sed per omnes & oculatim, diligenterque procedendum erit, si metam ab omnibus tantopere concupitam attingere quisque voluerit. Porrò, harum semitarum prima aer est, cuius necessitatem, qualitates & vtilitates admirabiles proponendas decreui, quibus cognitis, salubre, quisque saluti suæ consulens, eligat cælum. cibus & potus secunda semita sunt, quorum necessitatem,*

tatem, qualitates, quantitatem, ordinem, & tempus, tanquam præcipuas conditiones retulimus, quibus, nonnullis alijs annexis, & obseruatis, possit quisque saluti suæ diutius consulere. motus tertia semita est, quo corpus disponitur ad deponenda excrementa, quæ si diutius retinerentur, calorem naturalem opprimendo, vitam abbreuiarent. somnus & vigilia quartam semitam construunt, in quibus si modus non adhibeatur, tota sanitas corruere videtur. inanitio & repletio semitam quintam faciunt, quæ si forte fortuna modum excesserint, homines à longæua & salubri vita aberrare faciunt. Venus ipsa quoque sexta semita est, sed tanti momenti, quod etsi paucus in ea comittatur error, plurimum tamen humano generi soleat afferre detrimenti. septima & vltima semita sunt animi passiones, quas nisi homo quamprimum à se ipso, si grauiores sint, expellere conetur, morbis facillime corripi solet quorum frequentia mortem accelerare

valet.

*valet: hæc sunt, candide Lector, quorũ gratia opusculum hoc, quodcunque illud sit, conficere volui; vt vnusquisque diu sibi, patriæ posterisq; vtilis & fructuosus viuere possit.*



IN-

# INDEX
## CAPITVM HVIVS Opuſculi.



Cap. I. Vitæ exordium, pag. 1
Cap. II. Quid calor naturalis, quæ eius materia, & quotuplex. 7
Cap. III. De ſpiritibus. 14
Cap. IV. De humore radicali. 19
Cap. V. Natiuitatis, & Mortis cauſa eadem. 26
Cap. VI. Mortis Neceſsitas. 31
Cap. VII. Mors quid, & eius cauſæ. 37
Cap. VIII. Vita longa, & breuis vnde. 44
Cap. IX. Mortem poſſe retardari. 54
Cap. X. Mors quomodo retardanda. pag. 61
Cap. XI. Aëris neceſsitas & excellentia. pag. 68
Cap. XII. Aëris neceſsitas. 74
Cap. XIII. Aëris varietas à varietate locorum. 82
Cap. XIV. Aëris ſalubris qualitates & ſubſtantia. 97

Cap.

Cap. XV. Nutriendi Necessitas. 104
Cap. XVI. Hominum negligentia in cibis eligendis. 112
Cap. XVII. Populares morbos ab improbis cibis nonnunquam fieri. 116
Cap. XVIII. Morbi nonnullis Populis peculiares ob prauam victus rationem. 119
Cap. XIX. Non omnes omnibus conuenire cibos. 125
Cap. XX. Quæ odio habentur, maxime vitanda sunt. 130
Cap. XXI. Simplicium ciborum vsu vitam produci. 133
Cap. XXII. Repletionem vltimam mortem accelerare. 144
Cap. XXIII. Cibis exteris & peregrinis vitā abbreuiari. 150
Cap. XXIV. Ordinem in cibando valetudini pernecessarium esse. 155
Cap. XXV. Consuetudinem in cibando pro morte retardanda plurimum posse. 161
Cap. XXVI. Tempus in cibando oportunum valetudini maxime amicum. 165
Cap. XXVII. Fructus vitiosos mortem accelerare. 173
Cap. XXVIII. Potus necessitas & vsus. 178
Cap. XXIX. Sitim intendere valetudini perniciosissimum. 186
Cap. XXX. De vsu aquæ. 191
Cap. XXXI. Calidus an frigidus potus eligendus. 199

Cap.


Cap. XXXII. Vini vſus, & præſtantia. 204
Cap. XXXIII. Vini temperandi modus. 212
Cap. XXXIV. De motu & quiete. 216
Cap. XXXV. De ſomno, & vigilia. 227
Cap. XXXVI. De inanitione & repletione. pag. 235
Cap. XXXVII. De Venere. 243
Cap. XXXVIII. De animi paſsionibus. 252

FINIS INDICIS.

---

Imprimatur,
Fr. Aloyſius Bariola Auguſtinianus Conſultor S. Officij pro Reuerẽdiſs. Inquiſitore.
Gulielmus Vidonus Theologus S. Nazarij, pro Illuſtriſs. D. Card. Archiep.
Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

# DE MORTE RETARDANDA, TRACTATIO.



## VITAE EXORDIVM, Caput Primum.



NIMANTIBVS lege communi est à natura traditum, vt naturalis vi caloris communi spiritu fruantur; primum enim ea dum viuunt, caloris temperie perfundi, morte vero deleta, hoc prorsus extincto congelari, vel sensus ipse demonstrat, nullaq; id alia ratione, sed solius est sensus excellentia confirmandum, neque solummodo viuentia omnia

ob calorem sibi insitum viuũt, sed illius beneficio alimentum quoque attrahunt, conficiunt, eoque nutriuntur, ac sustinentur, augmentũ capiunt, & procreantur: præterea animantia ipsa sensu afficiuntur atque mouentur ob dictũ calorem; quinimo quanto hæc opera perfectiora fuerint, tanto vis & substantia caloris vberior conspicitur; ꝙ solis exẽplo potissimũ declaratur, qui cuncta viuẽtia luce sua lustrãs, illa pariter caloris sui temperie fouet, & ad ea opera, quæ dixi, obeunda excitat; vnde recte Aristoteles libro de iuuentute & senectute ait, vitã vno calore contineri, sine calore neq; animalia, neq; stirpes viuere tanquã peruulgatũ nobis tradidit, qui & mortem caloris extinctionẽ definiuit. Cæterũ vt apertius innotescat, quid sit hic calor naturalis, quæq. eius sit substantia, duo pri-

primũ nobis veniat contēplandã, natura scilicet, & calor. naturam phisici omnes passim definiuere vim primam, & causam esse per se nostri opificem & conseruatricem; statim .n. ac hominē condidit, illa edito operi in omni vita insidet, id nunquam deserit, sed eius partes oēs in suũ quodq; opus ducit & cōcitat, ita vt illa ipsa omniũ functionũ causa cēseri debeat; illius vero substantia quænã sit, perscrutanti, potentia caloris prima mihi obuiã fecit, cui solet oīs effectus causa palã adscribi; verũ quia calor qualitas sincera est, cui tanquã accidēti definitio vera bene accomodari nequit, necessariũ idcirco cēsui calori substantiã adiũgere suã, quæ cum de sanguine aut quouis cęterorum humorum, aut spiritu prædicari possit, aptius tamen spirituni ingenitũ (quicunq; is fuerit) caloris

ſubſtantiam conſtituere libet; quia vero calor hic ſpirituoſus ſine pabulo breui deficeret, humido idcirco ingenito radicali dicto tanquam eius nutrimento opus fuit: natura igitur perinde ac naturalis calor tria comprehendit, humidum primigenium ſeu radicale, ſpiritum, et calorem, omnia ſimul vno eodémq; tempore ex ſemine producta. his de natura libatis, reliquum eſt, vt videamus quid ſit hic calor naturalis, quem certe prima fronte elemẽtarem eſſe rationi conſonum eſſe videtur, ſiquidem qualitates elementorum primas, inter ſe mixtas, animantium, nec non mixtorum omnium primordia eſſe Hippocrates, Galenus, atque vniuerſa mediorũ ſchola vna ore confirmant, ratio quin etiam confirmare videtur, nã ſi calor hic elementaris non erit, v-

tique cœlestis erit; si cœlestis, ergo solus homo, cui desuper mens aduenit, calore potiretur, at hoc experientia renuente dici non potest, ergo calor hic elementaris erit, cum in sublunaribus alius color reperiri non possit. at vero si rem intrinsecus perscrutemur, vtique reperiemus calorem hunc haud quaquam elementarem esse, primo quia hoc viuunt serpentes cæteraque animalia in latebris hyeme sepulta, quæ tamen temperamento frigida esse constat, hoc similiter viuit cicuta, mandragora, vniuersumq; frigidorum stirpium genus, & tamen calore hoc naturali prædita sunt; quod si quis huius caloris essentiam plenius cognoscere cupiat, consideret sulphur, & Arsenicum, quæ quamuis calidissima sint, & igneo elemento maxime repleta tamen vitali hoc

calore destituta; iacent; insuper animalis mortui cadauer, quamuis partium ac totius structuram figuramque per aliquod temporis spatium retineat, caloris tamen huius ne minimum quidem habet, haberet autem si ab elementis dictus calor ortum traheret; cum in partibus singulis aliqua supersit, & resideat quatuor elementorum permixtio; clare igitur patet calorem hunc per quem viuimus, non ex prima elementorum mixtione sed aliunde originem ducere.



Quid

*Quid calor naturalis, quæ eius materia, & quotuplex. Caput Secundum.*



Onſtans ſatisq; probata ſententia eſt, viuẽtia omnia ſalutari calore perfundi, contineri, & regi; qui calor qualitas cũ ſit, elementaris nõ eſt, ſed totus diuinus atq. cæleſtis, & in ſpiritu ęthereo ſubſiſtens, cuius certe beneficio cum corpus alioqui frigidum vniuerſum concaleſcat, calidiſſimũ ipſum eſſe neceſſe fuit, quod ſi ſimul ſicciſſimus eſſet, nos profecto adureret, non adurit autem, humoris ergo temperatione eum perfundi oportuit, qui quidem humor ipſius caloris ſubiecta, & inſeparabilis eſt materia; verum quia in corpore noſtro complures reperiuntur humorum

diferentiæ, aqueus scilicet, alimentalis, & radicalis, videndum nunc erit, quisnam eorum caloris huius pabulũ, & sedes esse possit: aqueus esse non potest, quia omnium corporum communis est, & ex eo quælibet pars corporis suam accipit consistentiam, neq; alimentalis, vt qui calori superueniat, minime vero eum corpori aduenientem sequatur, reliquum est igitur, vt caloris huius naturalis substantia constituatur vel caro ipsa, vel humor ille, quem radicitus inhærentem, vitalem & primigeniũ appellamus; rationi vero magis consonum est in hoc quam in illa calorem hunc contineri, vt pote qui permanens est, constans, & in solida partium substantia firmatus, neq; nisi temporis multi cursu consumi potest, quod aliter carnosæ substantiæ eue
nire

nire sæpenumero cernere est, cum omni ætate, & augeri, & detrahi seu diminui ipsam videamus, præter ea si quando humor hic iacturã accipit, resarciri nequit, caro vero ipsa semel atque iterum marcore consumpta, rursus in molem amplam assurgit: huius rei veritatem nostra indicare videtur origo, quæ naturalem seu vitalem calorem vna cum humore primigenio à semine, carnosam autem substantiam à sanguine matris deriuari commonstrat; nam prima fætus conformatione, dum partium similariũ procreatio instituitur, semẽ ipsum spumosum primum in fibras seu stamina filis quibusdam tenuissimis araneorum similibus cõtexta sese extendit, deinde vero in exactam speciem, ad hęc stamina sanguis maternus sensim confluens, & perreptans.

tans, eaq. vndiq. circumsedens ibi concrescit, fitq. substantia carnosa, quæ locis inanibus inspersa moles fit partium similarium, ex quo facile intelligi potest carnosam similarium partium substantiam à sãguine, solidam vero & quicquid eius compositionem ingreditur, siue substantia crassa, siue humor primigenius, siue spiritus, siue calor ipse naturalis implantatus, id totum á semine natam processisse, & quasi eius quædam portio sit incorrupta, naturam seminis plurimum redolere: his omnibus sana mente conuolutis, calorem hunc naturalem sic describere quisq. poterit, esse scilicet qualitatem æthereã humore primigenio seu radicali, & spiritibus vndiq. perfusam, animãti desup inditã ad vitam manutenendã, quã qualitatẽ sicuti infantibus,

&

& nupernatis plurimã, senibus vero exiguã, sic ætatibus intermedijs mediocrẽ esse testatur Hyppocrates 1. Aphorismorũ Aphor. 13. nõ vna ergo re, sed tribus illis coniunctim calor hic naturalis cõtinetur, & hac ratione nõnulli spiritũ ingenitum, quidã humidũ radicale, quidã deniq; calorẽ insitũ vel naturalẽ nuncupare solent. cæterũ calor hic naturalis duplex in corpore animato à medicis reperitur, vnus, quem veteres implantatũ vocãt, iuniores autẽ cõplexionalẽ, & talis calor dicitur forma seu tẽperatura mẽbrorum in quibus ipse implantatus est; alter vero dicitur calor influẽs, eo ꝙ continuo fluat ab ipso corde per arterias; dicitur ẽt calor hic secundus actuans, quia habet actualẽ caliditatẽ, ratione cuius totũ corpus viuificatur & ponit in actu, cũ prius

in potentia esset, imo addit ipsi calori implantato vltimam perfectionem, nam omnia membra per primum illum calorem implantatum, & assistentẽ sunt in esse imperfecto, & tanquam in potẽtia, relatione facta ad eam perfectionem, quę trãditur ab ipso calore influente, qui viuificat & actuat omnia membra, & sicuti dicebat Aristoteles secundo de generatione animaliũ cap. tertio, ea ad actũ reducit, & ideo merito talis calor influens definitur definitione animæ tradita ab Aristotele, quod scilicet sit actus primus actuans calorem implantatum tanquam actum secundum, vt tandem cum ipso copuletur, fiatque vnus tã tum calor perfectissimus qui formę & instrumenti rationem habeat; & quamuis primus calor implãtatus dictus vnus sit, vario tamen modo

ſe habet in membris, & tot habet differentias ſpecificas, quot ſunt membrorũ diuerſitates, alius enim eſt in oſſe, alius in carne, alius in neruo, alius in alio mẽbro, ita vt quodlibet membrum dicatur tale ſolummodo, eo quod tali calore implantato ſeu temperatura ſit præditum, ſicuti calor influens dictus vario etiam modo actuat membra ſecundum varietatem ſanguinis, & ſpirituum, quibus dictus calor influens conſtituitur, & vtitur tanquam vehiculis ad virtutem ſuam corpori diſtribuendam; non enim ijdem omnino ſunt omni tempore, & ætate hominis, ſed pro caloris incremento, & decremento ipſos quoque in actione variare neceſſe eſt.

De

*De Spiritibus. Caput Tertium.*

CÆterum calor naturalis influens dictus, cum nequeat, vt simplex calor est in qualitatis genere constitutus, sine vehiculo in omnes corporis partes permeare, & hucilluccq; momento diffundi, sicuti hunc à corde per omnes arterias partibus singulis currere cernimus, propterea debuit hic calor corpore aliquo fluxo, & profluente contineri, ad quod quidem officium præstandum nullus humor aptus esse poterat, vt tanta celeritate totum corpus penetraret, necesse igitur fuit calori materiam subijci substantia tenuissimã ac motu velocem, quæ simul fouendo calori familiaris esset ac amica. eiusmodi vero cum sit aerea seu æ-

therea,

therea, iure optimo debuit talis ca lori subijci, quæ semper ætheris modo incensa arderet, cuique perpetuo calor insideret, ita ut neutrũ posset ab altero dirimi; hanc materiam Plato aliquando spiritum appellauit, sæpius ignem vocauit, nõnunquam etiam calorem propriũ nuncupauit; ab Aristotele crebro spiritus vocatus fuit, nonnunquã calidum naturale; clarius Hippocrates qui constanter libro de natura pueri hunc spiritum nuncupare non dubitauit, ex eo quod eximijs viribus cum præditus sit, oculorum tamen obtutum effugit, etenim & aerem, & ventum, & auram, & vnamquamq; substantiam quæ sub aspectum non cadit, sic dicere consuetum est; quo autem huius spiritus necessitas atque substantia plenius demonstretur,
con-

consulendus est Aristoteles secundo de generatione animalium capite tertio, vbi ait, in semine spumosoque corpore spiritum, in spiritu naturam contineri quæ respōdet elemento stellarum, quibus verbis clare demonstrat spiritum hūc inter corpus, & diuinam illam naturam, tanquam commune quoddā vinculum interponi, quem quidem spiritum non solū menti attribuit, sed & vnicuique animæ parti caducæ, atque prout nobilitate obscuritateue animæ inter se differūt, ita & huius corporis naturam distare videmus, est igitur spiritus corpus ęthereum caloris facultatumq; sedes & promptuarium, primumque obeundæ functionis instrumentū, quo vero loci resideant spiritus, notum ouiq; erit, si prius corporis nostri structuram contemplatus arte-

rias adeat, in cordis, & cerebri ventriculos introſpiciat, quos dum inanes, ac nullius ferè humoris participes videbit, nequetamen fruſtra ac temere tantos tamque capaces à natura conditos, hæc quidem mente euoluens, mox opinor ratione comprehendet ſpiritum prætenuem eos tum impleuiſſe dum viuum fuit animal, qui tamen, eo animam agente, cum ſubtiliſsimus eſſet, inſenſibiliter euanuerit. huius ſpiritus fouendi gratia aerem inſpiramus, qui non modo cordi refrigerationem, ſed pabulum quoque ſubminiſtrat, quocirca ſi nulla in nobis eſſet ſpirituoſa ſubſtãtia, vix vlla profecto nos ad inſpirãdũ neceſsitas impelleret; clarius verò hæc intelligentur ignis ſeu flammæ exẽplo, quæ proprie ignis noſter eſt & appellatur, ea aũt ex Ariſtotele primo de generatione animaliũ nihil

 aliud

aliud est quam fumus accẽsus, huius enim tãquam materia fumus est, cui flagrans calor accedens flammam efficit, quam quidem flammam ambiẽs aer tuetur ac fouet, nec quicunque aer, sed qui nec crassus sit, neque humore multo madens, sine aere enim flammam extingui subito videmus, fit igitur flamma ex fumosa substantia, & calore, ab ambiente verò aere fouetur ac sustinetur: præterea tertium illi fomentum tanquam pabulum confertur ex præpingui quadã materia, cuiusmodi est in lucerna oleum vel oleosum quidpiam; nam omne quod inflammari potest, olei quidpiam continere debet, & quantò vnumquodq́. ad olei naturam propius accedit, tantò deprehenditur aptius vt inflammetur; ad hoc igitur exemplum, si quæ in corpore nostro sunt, transferantur, spiritus, quem

nobis inesse diximus, quia tenui est substantia calore ingenito respersa, proportione flammæ respondebit; non enim calor ipse solus, neque substantia ipsa tenuis quam seorsum mẽte concepimus, sed quod ex amborũ nexu compositũ est, verè ac propriè spiritus dicitur, quem quidem spiritũ nutrit atque fouet pinguis & oleo perquam similis humor, non adiposus, sed aereus, qui in partibus similaribus impactus, oculos nostros effugit, mente tamen, vt diximus, secerni potest. hic humor tum spiritus, tũ innati caloris fundamentum est atque prima substantia.


### *De humore radicali. Caput Quartum.*

TRiplicem humorem innatum nõ in homine solum cæterisq. animantibus, sed & in plantis quoque

inesse cernere licet; si quis enim lignum viride igni mandet, principio videbit ægre incēdi, propterea quod multo abundat humore, quem ē terra prò alimento sibi hauserat, is enim est, qui ab eius extremis dum incalescit, emanare solet; hoc vi ignis cōsumpto, reliqua substantiā pinguis, & oleaginosa prompte à flamma depascitur; hanc verò cum totā ignis consumpserit, tum nihil flammæ euolabit; in carbonibus tamen sua adhuc remanet soliditas ex relicto humore tenaci quem in elementorū mixtione acceperant, quo tandem dissipato sola cinis relinquitur: haud aliter in homine cæterisq; animantibus contingere cernimus; in ijs enim continetur pinguis, & oleo similis inflammabilisque humor radicalis dictus, reperitur quin etiam alius ab alimentis acquisitus, qui minime

nime eſt ad inflammationẽ idoneus; ſed ſuperiore magis tenuis, qui quidem concoctione mutationem atq; vires iam accepit, nondum tamen in illorum ſubſtantiam plane conuerſus, & alimentarius dicitur, tertio reperitur humor aqueus, quo tanquã viſco cum cæteris elementis animalia conſtruuntur, & elementarius ſeu continuans dicitur, qui quidem humor conuenit animali prout animal eſt mixtum, non prout eſt viuens, dicuntur namque mixta, quia ex humido, & alijs primis qualitatibus elementorum componuntur; aqueus quin etiam humor dictus eſt baſis, & principium ad alios duos humores, nam duobus alijs corruptis non ſequitur corruptio huius primi, ſed potius è contra, eo corrupto reliqui duo ſtatim corrumpuntur;





in potentia esset, imo addit ipsi ca-
lori implantato vltimam perfectio
nem, nam omnia membra per pri-
mum illum calorem implantatum,
& assistentē sunt in esse imperfecto,
& tanquam in potētia, relatione fa
cta ad eam perfectionem, quę tradi
tur ab ipso calore influente, qui vi-
uificat & actuat omnia membra, &,
sicuti dicebat Aristoteles secundo
de generatione animaliū cap. ter-
tio, ea ad actū reducit, & ideo meri
to talis calor influens definitur de-
finitione animæ tradita ab Aristo-
tele, quod scilicet sit actus primus
actuans calorem implantatum tan
quam actum secundum, vt tandem
cum ipso copuletur, fiatque vnus tā
tum calor perfectissimus qui formę
& instrumenti rationem habeat; &
quamuis primus calor implātatus
dictus vnus sit, vario tamen modo
se

se habet in membris, & tot habet differentias specificas, quot sunt membrorũ diuersitates, alius enim est in osse, alius in carne, alius in neruo, alius in alio mẽbro, ita vt quodlibet membrum dicatur tale solum modo, eo quod tali calore implantato seu temperatura sit præditum, sicuti calor influens dictus vario etiam modo actuat membra secundum varietatem sanguinis, & spirituum, quibus dictus calor influens constituitur, & vtitur tanquam vehiculis ad virtutem suam corpori distribuendam, non enim ijdem omnino sunt omni tempore, & ætate hominis; sed pro caloris incremento, & decremento ipsos quoque in actione variare necesse est.

### *De Spiritibus. Caput Tertium.*

CÆterum calor naturalis influens dictus, cum nequeat, vt simplex calor est in qualitatis genere constitutus, sine vehiculo in omnes corporis partes permeare, & bucillurcq. momento diffundi, sicuti hunc à corde per omnes arterias partibus singulis currere cernimus. propterea debuit hic calor corpore aliquo fluxo, & profluente contineri, ad quod quidem officium præstandum nullus humor aptus esse poterat, vt tanta celeritate totum corpus penetraret, necesse igitur fuit calori materiam subijci substantia tenuissimã ac motu velocem, quæ simul fouendo calori familiaris esset ac amica. eiusmodi vero cum sit aerea seu æ-

therea,

therea, iure optimo debuit talis calori subijci, quæ semper ætheris modo incęsa arderet, cuique perpetuo calor insideret, ita ut neutrũ posset ab altero dirimi; hanc materiam Plato aliquando spiritum appellauit, sæpius ignem vocauit, nõnunquam etiam calorem propriũ nuncupauit; ab Aristotele crebro spiritus vocatus fuit, nonnunquã calidum naturale; clarius Hippocrates qui constanter libro de natura pueri hunc spiritum nuncupare non dubitauit, ex eo quod eximijs viribus cum præditus sit, oculorum tamen obtutum effugit, etenim & aerem, & ventum, & auram, & vnamquamq. substantiam quæ sub aspectum non cadit, sic dicere consuetum est; quo autem huius spiritus necessitas atque substantia plenius demonstretur,
con-

consulendus est Aristoteles secundo de generatione animalium capite tertio, vbi ait, in semine spumosoque corpose spiritum, in spiritu naturam contineri quæ respõdet elemento stellarum, quibus verbis clare demonstrat spiritum hũc inter corpus, & diuinam illam naturam, tanquam commune quoddã vinculum interponi, quem quidem spiritum non solũ menti attribuit, sed & vnicuique animæ parti caducæ, atque prout nobilitate obscuritateue animæ inter se differũt, ita & huius corporis naturam distare videmus, est igitur spiritus corpus ęthereum caloris facultatumq; sedes & promptuarium, primumque obeundæ functionis instrumentũ, quo vero loci resideant spiritus, notum ouiq; erit, si prius corporis nostri structuram contemplatus arte-

rias adeat, in cordis, & cerebri ventriculos introspiciat, quos dum inanes, ac nullius ferè humoris participes videbit, nequetamen frustra ac temere tantos tamque capaces à natura conditos, hæc quidem mente euoluens, mox opinor ratiõne comprehendet spiritum prætenuem eos tum impleuisse dum viuum fuit animal, qui tamen, eo animam agente, cum subtilissimus esset, insensibiliter euanuerit. huius spiritus fouendi gratia aerem inspiramus, qui non modo cordi refrigerationem, sed pabulum quoque subministrat, quocirca si nulla in nobis esset spirituosa substãtia, vix vlla profecto nos ad inspirãdũ necessitas impelleret; clarius verò hæc intelligentur ignis seu flammæ exẽplo, quæ proprie ignis noster est & appellatur, ea aũt ex Aristotele primo de generatione animaliũ nihil

aliud est quam fumus accẽsus, huius enim tãquam materia fumus est, cui flagrans calor accedens flammam efficit, quam quidem flammam ambiẽs aer tuetur ac fouet, nec quicunque aer, sed qui nec crassus sit, neque humore multo madens, sine aere enim flammam extingui subito videmus, fit igitur flamma ex fumosa substantia, & calore, ab ambiente verò aere fouetur ac sustinetur: præterea tertium illi fomentum tanquam pabulum confertur ex præpingui quadã materia, cuiusmodi est in lucerna oleum vel oleosum quidpiam; nam omne quod inflammari potest, olei quidpiam continere debet, & quantò vnumquodq́. ad olei naturam propius accedit, tantò deprehenditur aptius vt inflammetur; ad hoc igitur exemplum, si quæ in corpore nostro sunt, transferantur, spiritus, quem

nobis

nobis ineſſe diximus, quia tenui eſt ſubſtantia calore ingenito reſperſa, proportione flammæ reſpondebit; non enim calor ipſe ſolus, neque ſubſtantia ipſa tenuis quam ſeorſum mẽte concepimus, ſed quod ex amborũ nexu compoſitũ eſt, verè ac propriè ſpiritus dicitur, quem quidem ſpiritũ nutrit atque fouet pinguis & oleo perquam ſimilis humor, non adipoſus, ſed aereus, qui in partibus ſimilaribus impactus, oculos noſtros effugit, mente tamen, vt diximus, ſecerni poteſt. hic humor tum ſpiritus, tũ innati caloris fundamentum eſt atque prima ſubſtantia.


## *De humore radicali. Caput Quartum.*

TRiplicem humorem innatum nõ in homine ſolum cæteriſq. animantibus, ſed & in plantis quoque

inesse cernere licet; si quis enim lignum viride igni mandet, principio videbit ægre incẽdi, propterea quod multo abundat humore, quem ê terra prò alimento sibi hauserat; is enim est, qui ab eius extremis dum incalescit, emanare solet; hoc vi ignis cõsumpto, reliqua substantiã pinguis, & oleaginosa prompte à flamma depascitur; hanc verò cum totã ignis consumpserit, tum nihil flammæ euolabit; in carbonibus tamen sua adhuc remanet soliditas ex relicto humore tenaci quem in elementorũ mixtione acceperant, quo tandem dissipato sola cinis relinquitur: haud aliter in homine cæterisq; animantibus contingere cernimus; in ijs enim continetur pinguis, & oleo similis inflammabilisque humor radicalis dictus, reperitur quin etiam alius ab alimentis acquisitus, qui minime

nime eſt ad inflammationẽ idoneus; ſed ſuperiore magis tenuis, qui quidem concoctione mutationem atq; vires iam accepit, nondum tamen in illorum ſubſtantiam plane conuerſus, & alimentarius dicitur, tertio reperitur humor aqueus, quo tanquã viſco cum cæteris elementis animalia conſtruuntur, & elementarius ſeu continuans dicitur, qui quidem humor conuenit animali prout animal eſt mixtum, non prout eſt viuens, dicuntur namque mixta, quia ex humido, & alijs primis qualitatibus elementorum componuntur; aqueus quin etiam humor dictus eſt baſis, & principium ad alios duos humores, nam duobus alijs corruptis non ſequitur corruptio huius primi, ſed potius è contra, eo corrupto reliqui duo ſtatim corrumpuntur;





augetur quoque in quantitate aut diminuitur secundum proportioné animati corporis vel partis eius ad actum animæ quem habet exercere per ipsum; alij verò duo humores pinguis scilicet seu oleosus, & alimẽtalis insunt animali vt viuenti, & dicũtur viuifici, eò q̃ subiecta sint caloris naturalis seu viuifici, q̃ calor ideo dicitur viuificus, quia tanquã instrumentum seruit animę ad actiones vitæ exercendas in corpore animato. horum insuper duorum humorum pinguis scilicet & alimentalis, alter in generarione accipitur, alter verò corpore iam generato acquiritur, & quemadmodum generatio necessario pręcedit generatum, sic & humor qui in generatione acquiritur, prior erit altero qui post generationé corpori aduenit, & exinde etiam erit cũ corpore generato, neque hic prior

humor id habet, vt possit esse subiectum caloris viuifici nisi ab ipso calore instrumentaliter agente in ipsomet humore vt quātò, in quò dictus calor primo exercet operationes vitæ statim ac corpus sit animatum, & sit radix, & fundamentum primum informandi calorem naturalem vt subiectum ad seruiendum animæ in vitæ operationibus exercendis; quare inter prædictos duos humores viuificos solus hic pinguis, & oleosus qui in generatione acquiritur, præcipuè vocabitur humor radicalis, secundus verò, qui corpore iam genito acquiritur, superueniens, vel alimentalis, seu influens dicetur; ex his licet inferre, quod humor radicalis in viuentibus corporibus ille est, qui in ipsis, & eorum partibus est primū subiectum calidi eis debiti prò necessitate actionum animæ quas in eis

anima ipsa exercet; ex his patet etiã, quod hic humor radicalis pro vt est subiectum calidi viuifici, conceditur solum corpori viuenti seu partibus eius in generatione, seu primaq; ipsius corporis cõstructione. Verum quia dictus humor radicalis, vt à spermate acceptus materialiter saltē, præ paucitate sua non est per se sufficiēs sustinere actiones continuas caloris naturalis toto cursu vitæ animalis; cũ duplex etiam calor viuificus reperiatur, implantatus vnus, alter verò influens dictus, vt supra diximus, idcircò naturæ fuit necesse mediante dicto humore radicali, & calore viuifico implantato dicto, præbere corpori iam genito alterũ humorem qui alimentalis seu influēs nuncupatur, vt inseruiret secundo calori influenti dicto. Primigenius is, quem radicalem humorē diximus,

quatenus ſubſtantiæ noſtræ portio quædam eſt, à prima ſtatim origine ſuſcepta ab alimentario diſtat atque ſecernitur, ab aqueo autem abeſt, ꝙ tametſi vterque ingenitus eſt nobis, hic tamen omnium corporum vel inanimatorum communis, nihil ſocietatis, nihil commercij habet cum calore & ſpiritu, ille verò plurimum, vt qui eorum ſedes eſt & fundamentum: hic idcirco eſt, quem præ cæteris natiuum humorem appellarūt, alij proprio etſi forte inepto nomine humidum radicale dixerūt, quod ſit radix, & fundamentum primum caloris feruientis animæ inſtrumentaliter ad exercendas vitæ actiones in corpore generato, vel quia dū eſt ſubiectum calidi animę feruientis, eſt etiam radix, & principium informationis humidi nutrimentalis ſeu influentis dicti.

Nati-

*Natiuitatis, & mortis causa eadem.*
*Caput Quintum.*


Alidam abundanterque humidam caloris naturalis substantiam esse superius probauimus, quo verò tẽpore substantia hæc magis vigeat deficiatve, nunc considerandum, hoc primum iacto fundamento, quod cũ ex semine, vt superius diximus, caloris huius substantia originem trahat in primordijs ortus nostri, ipsam calore atque humore, vt alias nunquã, plenius affluere necesse est, ea propter quæ ortui primo superuenit ætas, tãta istorum abundantia superfluit, quantam nulla ætas consequuta aut arte, aut industria põt excedere, & quãuis sũma reperiatur in hac nfantium ætate, moderatam tamen

esse

esse dicimus, ipsamque calidi innati substantiam satis temperatam; nam calor in hac ætate licet summus sit, quia tamen humore pariter plurimo perfunditur, omnino mitis fit, & blandus, tactui nec mordax nec acris, vice etiam versa, licet humor in hac ætate reperiatur vberior, cum calore satis abundanti coerceatur, minime diffluit: hinc ætate procedente, sensim calore agente, mẽbra siccescunt, simulq. & robur, & augmentum consequuntur, non modica humoris parte in incrementum profusa, iuxta Hippocratem libro de natura pueri, & Galenum primo de sanitate tuẽda Capite 20. cum verò corpus augere desinit, tum robur in mẽbris, viresq́. in animalibus functionibus summũ gradum attingunt, atque hæc ætas florida dicitur, & inter extrema medium occupans, eò quod ingenti sic-

citate, vt ſenium non areſcat, neque vt infantium ætas humore multo affluat; tantum enim humoris hac ætate reperitur, quantum ingenitus calor aſſeruare valet; ab hoc ſummo ætatis vigore ob humoris diminutionem calor ſiccior factus, ex vna parte vires ſuas vehementius profert, quia calor ſiccitati adiunctus fortior ſemper redditur in ſuis operationibus ex Galeno loco nuper citato, ex altera verò parte humorem ipſum magis acrimonia ſua depaſcens, ſenſim marceſcit, & paulatim collabitur, donec extremo ſenio languidus factus contabeſcat, quicquid enim humoris radicalis relinquitur tanquam calori pabulum, id totum incēdio aduritur ætatis vigore, quo tempore calor noſter acerrimus, & vorax reperitur; hinc verò quoniam humoris radicalis ſubſtantia, vt mul
tum

tum dissipata atque diminuta non redditur satis apta calori nuturali fouendo, necesse est, vt dum paulatim humor radicalis absumitur, calor quoque similiter diminuatur, & quantò magis homo procedente ætate extabescit, tantò frigidior reddatur: quod si aliquis obijciat, verum quidem esse humorem radicalem à calore continuo dissipari, sed ab eodē, vt agente, & alimento vt materia ipsum pariter restaurari; respondetur, quod illud, quod restauratur, quandoq; prauum est, & naturæ nostræ inimicum, quandoq; bonū, nunquā aūt ita perfectum sicuti erat q̄ fuit dissolutum, qua de causa semper tēdunt corpora ad humoris radicalis consūptionē; verū quia hoc humore tāquā pabulo caloris nostri absūpto, calor ipse vna extinguitur, si hic calor causa est, vt humor radicalis absumatur,

tur, vt certe eſt, neceſſario ſequitur, vt idem calor interitus fuiſit cauſa, & inſtar luminis lucernæ dum conſeruari & perfici naturaliter hic calor deſiderat, ſemetipſum conficiat, & interimat, & quam ſui deſtructionē non intendit, eam tamen conficiat licet ex accidenti, nam nihil quod natura conſtat, primum & per ſe ſui exitium molitur, ſed perpetuo in rerum natura perſiſtere exoptat, ſic nec calor noſter per ſe, & conſulto ſui interitum parat, ſed ex accidenti humorem ipſum ſui pabulum conficiens, ſeipſum pariter deſtruit, quapropter non alia reperitur ortus noſtri atque interitus cauſa, ſed quæ nos genuit, & regit, eadem nos deſtruit, & mori cogit, calor videlicet ipſe naturalis.

*Mortis Necessitas. Caput Sextum.*

OMnibus hominibus semel mori statutum esse sacræ litterę testantur, quod autem hoc naturaliter accidat, medicis contemplãdum relinquitur; cum enim corpora nostra ex contrarijs se adinuicem impugnãtibus sint composita, ea ob id corrumpi necesse fuit, sicuti excellenter admodum confirmauit Galenus primo de causis morborum capite secundo, vbi inuestigans morborum numerũ, ait, quod propterea quia corpus compositum est ex contrarijs elementis vim habentibus commisceri, & mutari, & ad se ipsa conuerti, & passionibus subijci, erit ideo corpus corruptibile, & mutabile, passibile non solũ ex natura compositionis, sed etiã ex ipsa

ipsa natura componentium; nam, vt ait ipse Galenus, si corpus esset vnũ simplex, non susciperet magis nec minus, nec melius nec peius, sed si ex diuersis partibus compositum fuerit, & ad se inuicem passibilibus, multa diuersa sibi erunt, alijs alia vel meliora vel peiora, quod certè maximè consonat sententiæ Hippocratis in libro de natura humana capite secũdo in initio dicentis, quod si homo esset res vna, non doleret, nec pateretur, nec corrumperetur, quia non reperiretur quidquam, quod faceret eum dolere & pati, eo quia si esset res vna; tunc & multo magis omnia corpora essent vnum, quia non reperiretur alterans ipsum, à se ipso autem nihil alteratur; accidit verò nonnunquam quod calidum & frigidum, humidum & siccum, ex quibus corpus componitur, aliquando æquentur in

eo

eo æquatione qua decet, aliquando ita, quod vnum vincat alterum, æquatio dat semper vitam & sanitatem, victoria autem vnius super alterũ, aut est parua, & inde fit morbus, aut est admodum magna, & prouenit inde mors, vt placuit Galeno primo de temperamentis capite tertio. cæterũ obijciet fortasse aliquis, si æquatio horum contrariorum causat sanitatem & vitam, medicinæ autem non deficiunt auxilia, quibus homo in hac æquatione seruetur, poterit ergo qui libet his munitus auxilijs corruptioni ipsius resistere, ita vt perpetuetur, & non senescat, sed hoc non accidit, ergo aut nunquã reperitur huiusmodi æquatio, aut si reperitur, diu nequit conseruari; huic obiectioni respondetur sumpto fundamento ab Auicenna libro primo fen tertia capite primo, quod primordia

generationis nostræ sunt spermata viri, & mulieris, quorum vtrunq. cū humido, & fluxili substantia constet, oportuit coagulationem horū duorum in principio humidam esse, neq. ad terminum duritiei, cuiusmodi est lapis, vitrum, & metalla, ex quibus nihil aut parum certe resoluitur, peruenire potuisse: quapropter nocumēta, quæ propter longam, & assiduam accidunt resolutionem, euitari non potuere, quin scilicet primo humor innatus resolueretur, & calor noster humoris defectu debilitaretur: secūdo impediri non potuit, quin humor restaurans caloris defectu corrumperetur, & vitæ fomento ineptior in dies redderetur, donec tandem caloris extinctio, quæ mors est, superueniret, atque hæc duo sunt præcipua nocumenta præter alia multa, quæ à causis extrinsecis, & accidentalibus

talibus

talibus euenire cernitur; cuiusmodi sunt summa frigiditas, venenum, solutio continui, & similia; verum quia animalia morte moriuntur aut naturali aut accidentali, huius etiam duplicis mortis causæ duo allata nocumenta à medicis recensentur; nã animalia intereunt, aut morbo, aut natura, vt placuit Aristoteli libro de longitudine & breuitate vitæ, humidi ergo radicalis resolutio quæ ordine naturæ accidit, est causa mortis naturalis, quia cum vita sit actus viuentis cum calore naturali tãquam instrumento, huius autem caloris peculiare subiectum sit humor radicalis, ad naturalem huius humoris cõsumptionẽ accidet necessario mors naturalis, humoris verò radicalis consumptio naturalis est, eo quod calor ei copulatus naturaliter eum depascitur, & sic iste calor fit causa

seipsum extinguendi, vt superius diximus; cum igitur ex humoris huius completa resolutione siccitas vltimetur, calor naturalis simul necessario extinguitur, & mors sequitur naturalis, & hic est terminus, quem vnumquodq. corpus habet sibi præfixum à natura, qui in diuersis, pro tẽperamenti diuersitate, vt dicemus, diuersus etiam existit: humor insuper ingenitus, seu radicalis dictus, nõ est per se sufficiens ad resistendũ suæ resolutioni tamdiu, quamdiu quotidie videmus, nisi nutriens continuò superueniat, & recuperet id quod ex eo resoluitur; quod certè quia non potest penitus assimilari deperdito, fit continuus processus ad dissimilius suæ primæ originis, donec tandem accidat vt non possit quidquam ad sui restaurationem transmutare, vnde senium primum, deinde mors naturalis

turalis concomitatur; aliud etiam accidit nocumentum ex parte restaurantis, quod duplici pede procedit, vt scilicet aut superueniat caloris naturalis suffocatio ob humoris cruditatem, quæ sequitur impotentiam digerendi, aut ipsius caloris naturalis exustio ex talis humoris putrefactione, & alijs multis similibus causis exorta, vnde calor fit extraneus & exurens, atque ad hæc vtraq; nocumenta superuenit mors accidentalis, seu morbosa dicta, quam facile euitari posse probare intendimus.

*Mors quid, & eius causæ.*
*Caput Septimum.*

ANceps olim fui, vita ne hęc, quã in hoc degimus mundo, vitæ ne, aut potius mortis nomē mereretur; siquidem ex suprascriptis luce clarius apparet, vitam hanc nostram

in perpetua consistere resolutione, & infinitis subiectam esse calamitatibus; verissimum quoque est animam nostram [cuius pręsentia nos viuere dicimus] dum iuncta est corpori, quasi obscuro carcere detentam minus rectè intelligere & speculari, suasque actiones imperfecte admodum exercere, cui certè opinioni etiam fauere videtur vaticinium Platonis volentis, nos, dum viuimus, mortuos esse, quod corpora nostra sepulcra sint, quibus animæ sepultæ iacent, & dum morimur, tunc viuere nos incipere: nihilominus tamen, quia vita nostra definitur ab Aristotele libro de morte & vita, quod sit participatio animę in calore naturali in corpore existente, atque ipsius in eo permansio, vtique mors ea dicenda erit, quæ animam ab ipso calore naturali separabit; huius igitur mortis essentiam, vt

cla-

clariorem reddamus, primum de ea quid nominis, deinde quid rei nobis examinandum veniet. mortem nonnulli à mordēdo dixerunt, quia ſicut qui pomum aut alium quempiam cibum mordet, ſeparat partem ab altera, & alteram ore retinet, alteram verò foras relinquit, ſic mors ſeparat animam à corpore, qua ſeparata, ſolum cadauer à morte retinetur, anima verò ſuperſtes remanet: alij mortem nuncuparunt à morſu quo Adā pomū à mūdi cōditore illi prohibitū momordit, vnde mors ipſo annuente Deo ſtatim eſt ſequuta, vt ſacræ literæ teſtantur: alij mortem dixerūt, quod eius reminiſcentia ſynderesim concitando cor veluti mordeat, & à peccatis nos ſimul auertat [neſcit .n. quis bene viuere, niſi mortis ipſius ſæpius reminiſcatur:] alij denique mortem vt ſimulachrum iuſtitiæ pinxe-

runt eò quod omnes iusta lance pon deret, hæc enim ea est, quæ, vt aiunt, pulsat æquo pede pauperum tabernas, regumq. turres: his de nomine mortis prælibatis, videamus nunc quid sit. certum est mortem vitæ penitus contrariam esse, contrariorum verò eandem scientiam esse habetur ex Auerroe tertio metaphisicę comẽto tertio; cum igitur superius cum Aristotele dixerimus vitam esse participationem animæ in calore naturali, atque ipsius in eo permanentiã, necessarió etiam dicendum erit mortem esse animæ diuisionem à calore naturali: alij dixerunt vitam esse facultatum, actionumque omnium cõseruationem, quę à corde cum spiritu caloreque defluit, mortem verò esse vitalis roboris, omniumque facultatum extinctionem: nos verò sumpta diuisione mortis naturalis, & acciden

talis

talis seu violentæ, dicemus mortem violentam esse caloris naturalis extinctionem à causis solummodo externis factam, naturalem verò mortem esse caloris naturalis marcorem ex Aristotele libro de vita & morte capite tertio. cæterum quia caloris naturalis marcor fit ob humidi radicalis omnimodam resolutionem, vtique poterit etiam mortis naturalis talis afferri definitio, quod sit terminus restaurationis ipsius humidi radicalis, quę restauratio impeditur à calore viuifico, non tamen tanquã viuifico, sed tanquã impotẽti per accidẽs restaurare tantum, quantũ deperditur: ex his definitionibus facile colligi poterunt causæ ipsius mortis naturalis, quæ, quia diuiduntur in internas, & externas, de internis hoc loco sermo noster erit. causæ igitur internæ aliæ sunt proximæ, aliæ remotæ, proxima causa mortis

naturalis est frigiditas & siccitas, sicuti vitæ causa proxima est caliditas & humiditas ex Aristotele libro de longitudine & breuitate vitæ, remota est ea proxime superius adducta, impotentia scilicet caloris viuifici seu naturalis vniuscuiusque corporis ad restaurandum humidum radicale deperditum, cuius defectum Auerroes in proemio primi phisicorum mortem appellat, dicebat enim mortem esse vltimum proueniens ex necessitate materię; huic causæ adiũgitur etiam alia, remotior tamen, & est defectus proportionis calidi viuifici tanquam agentis ad humidum radicale tanquam passiuum in potẽtia restaurandi, & informandi ipsum sufficienter ad vitam, qua cessante proportione cessat etiam ipsa vita, quam quidẽ proportionem, quia soli Deo seruatũ est cognoscere, soli idcirco

circo Deo notus est terminus vitæ nostræ, neque ab vllo medico quamquã peritissimo hic terminus, vt à Deo præfixus, retardari vnquam poterit. causa deniq. externa reperitur etiã huius mortis naturalis, quæ licet multiplex reperiatur iuxta rerum extrinsecarum multitudinem, habita tamẽ ratione ad calorem ipsum naturalẽ, vnica à nobis hoc loco recẽsebitur, & erit corruptio caloris naturalis causata à dissimilitudine rerum externarum & non naturalium, præcipue verò nutrientis, quia supposito etiam quod nutriens ministraretur quantum conuenientius posset ministrari, nihilominus tamẽ semper erit dissimile, & hanc dissimilitudinem retinet nutriens in transmutatione secundum plus & minus; ex quibus fit quod omnibus conuenientibus saluti viuentis corporis concurrentibus

bus laudabiliter ſicut debent,& naturaliter poſſunt propter hanc tamen actionem contrarietatis ceſſabit vita, cum ipſum corpus viuens, vt patiens, non ſit infinitæ virtutis in reſiſtendo; huius rei præclaram fidem facit Galenus primo de ſanitate tuẽda capite tertio dum excrementorũ neceſsitatem, & cauſam adducens, voluit eſſe diſſimilitudinem nutrientis cum nutrito, ex qua diſſimilitudine neceſſaria ſequitur ipſa caloris noſtri corruptio, quam deniq; corruptionem, ſicuti nonnullis tarde, ita plurimis cito ſuperuenire videmus.

*Vita longæua, & breuis vnde.*
*Caput octauum.*

INſitum à natura ſciendi deſiderium omnibus hominibus eſſe voluit Ariſtoteles in principio ſuæ metaphiſicę, quod

verò

vero omnes homines viuere magis desiderent, hoc rationi consonum magis esse nobis videtur, idque dupliciratione probare nō erit difficile; nam si homines scire desiderant, vtiq; hoc præstant ratione animæ intellectiuæ, cuius proprium est scire, quod verò viuere desiderent; id faciunt homines, quatenus eorū animæ corporibus sunt coniunctæ, & à natura mouentur, at naturale magis est homini appetere ea, quæ animæ, & corpori simul iunctis, quā quæ animæ solæ consentiunt, ergo; secundo, homines ideo viuere desiderant, vt viuendo scire possint, & non è contra scire cupiunt, vt viuere possint, ergò vita naturaliter prius, & magis optatur, quam scientia, immo, vt exemplo id etiam probetur, hoc viuendi desideriū adeo à natura hominibus est ingenitum, vt prima

nostra parens à Dæmone in hoc decepta, quod vitam æternam viuere ipsi licuisset, pomum à Deo prohibitum comederit; quam quidem æternitatem hominibus denegatam esse phisico iudicio censuimus, quia homines materia constant, quæ vero materia constant, contrarium habēt. at quibus cōtraria sunt, æterna esse nequeunt ex Aristotele libro de longitudine, & breuitate vitæ capite secūdo. his tamen non obstantibus, licet exiguum nobis vitæ curriculum natura circonscripserit, & vitæ nostræ proportio ad sempiternum tempus sit sicut puncti ad lineam, seu finiti ad infinitum ex Auerroe primo phisicorum in procemio, nihilominus omnes homines ratione animæ rationalis quæ æterna est à parte post, naturali instinctu vitam longam viuere desiderant, veruntamen huius vitæ

noſtræ curriculum planum eſt menſurari menſura humidi radicalis in quolibet indiuiduo proportionato, & diuerſitatem proportionis calidi naturalis ad humidum radicale in diuerſis corporibus eſſe cauſam diuerſæ menſuræ viuendi, ita vt hac de cauſa alios longiorem, alios verò breuiorem vitam currere videamus, non .n. omnia corpora eandem habēt quãtitatem humidi radicalis & caloris innati, ſed in his ſunt inter ſe diuerſa, & propterea longitudo, & breuitas vitæ omnibus ſunt diuerſæ, atq. vnũquodq. corpus terminum habet, in quo vltimæ ſiccitati aduerſatur calore ſuo innato, & humido radicali, qui terminus, ſicuti naturaliter retardari nequit, ita ſæpenumero acceleratur à cauſis extrinſecis, & immature pernecantibus; vitæ igitur longeuæ cauſæ erunt calidi innati multa quã-

titas,

titas; humidi radicalis copia propor-
tione respondens moli corporis, &
eiusdem substãtia ad aeream pingue
dinem, & lentorem accedens, excre-
mentorumq; priuatio, vel saltem
paucitas, quod si alterum horum
deficiat, homines nihilominus erunt
longioris vitæ, quibus deficit copia
humidi, si tamen pluri ratione exce-
dant secundum quale, quam secun-
dum quantum, modò illud quantum
sit pingue, & non facile exiccabile
vel corruptibile, aut excrementitiũ,
alioquin mors cito superueniet, aut
naturalis, aut accidentalis; huius rei
fidem faciunt animalia magna, &
plantæ magnæ, quæ quia continent
humorem radicalem in quantitate
multum, in substantia præpinguem,
longiorem vitam degunt, his de cau-
sis crederem ego, senes paruis etiã
aduenientibus passionibus celeriter

mori,

mori, quia eorum calor paucus sit, multo euaporato eius pabulo, humido scilicet radicali in vita sua præcedēti, quemadmodum pauca flamma à paruo etiam motu facile extinguitur, immo cum Aristotele libro de morte & vita capite 14. affirmarem etiam senes ipsos annosos maxime factos, quasi sine dolore naturæ cōcedere, quia nulla violenta illis cōtingente passione moriantur: ex his manifeste patet calidum & humidum in quanto temperamentum, quod naturale & temperatum dicitur, esse causam longitudinis vitæ, quia in eo potissimum eæ reperiātur conditiones, à quibus vitæ longitudo dependet, quod scilicet qualitates actiuæ dominentur quoquomodo passiuis, & insuper, quod calidū sit super frigido, & humidum super sicco, quantitatiue scilicet, nam vita, omnisque vitæ operatio est

per calorem ſicut per primum & maximum inſtrumentum, humidum autem ſuſtentaculum caloris exiſtit; at dominium paſſiuarum qualitatū ſuper actiuis eſt cauſa putrefactionis, vt habet Ariſtoteles quarto metheorum, deinde dominium ſicci ſuper humido minus ſuſtentat calidum, huius rei veritatem colligere licet ab Ariſtotele libro de longitudine, & breuitate vitæ capite tertio, qui hominis & Elephantis exemplo probat animalia ſanguine prædita, hoc eſt temperata, longiorem ducere vitā, exanguia vero, aut paucioris ſanguinis, vt pote frigida & ſicca, breuiorē traducere vitam, quia eorum humidum pinguedinem habere nequit. hac eadem ratione aquatilia cæteris paribus breuioris eſſe vitę videmus, quia eorum humidum aquoſum nimis eſt, & per conſequens facile cor-

ruptibile, ſicuti è contra inter homines cæteraq; plurima animalia, maſculinum genus, quia calidius natura, & vniuerſaliter loquendo, eſt longioris vitæ fœminino, hac item ratione habitantes in locis calidis longiorem vitam viuunt; quia eorum humidum fit pinguius & non fluxile vel gelabile, quemadmodũ illis contingit qui loca habitant frigidiora: nolo tamen dictum temperamentũ calidum & humidum à nobis nuncupatum adeo excedere in caliditate, & humiditate qualitatiuè, vt tempe-ramẽtum temperatum excedat, ſed temperamentum calidum, & humidum quantitatiuè appello, ad differẽtiam temperamenti frigidi, & ſicci, temperamentum enim ſupradictum calidum & humidum à nobis dictum, omnium aliorum temperamentorũ temperatiſſimum eſt, quia humidum

habet radicale in quantitate cũ proportione multum, in qualitate non excedens, & supradictis conditionibus ornatum, quò fit, vt calor naturalis optime exerceat vitę operationes; per tale enim temperamentum restauratur perfectius quod continuo dissoluitur humidi radicalis; in tali temperamento operationes omnes vitæ deseruientes perfectius, & magis complete obeuntur ex Galeno secundo de temperamentis, & in libro de bono habitu, tale temperamentum tanquam in medio consistens, difficilius superatur à causis morbosis tam extrinsecis, quã intrinsecis quæ inter extrema recésentur, vt idem Galenus voluit libro de arte parua, & ratio adduci potest, quia in tẽperato tẽperamento principia vitæ sunt ad inuicem magis proportionata; erit ergo temperamentum supradictum

pradictum causa per se longitudinis vitæ, coadiuuans autem erunt causæ conseruantes ex sex rebus non natu ralibus, quibus, quicunque habens prædictas conditiones, vtetur iuxta præcepta in hoc opere tradita, proculdubio eius vita prorogetur, neq; accidet ei nisi mors naturalis, cuius causa est frigiditas & siccitas, si verò eis non vtetur secundum quod opor tet, morietur fortassis ob dominium qualitatum passiuarum, quod certè dominium fit potissimum causa mor borum à materia dependentium, eo quod superfluitates abundent in eo ex debilitate qualitatum actiuarum, neque ipse solum, sed quicunque alter etiam non vtetur eis iuxta modum suæ naturæ proprietate respon dentem, quod potissimum accidit temporibus nostris, paucissimi enim hodierno tempore moriuntur

 morte

morte naturali, tum quia multi in ratione victus comittuntur errores, tũ etiam quia corpora generantur defectuosa, & à temperato temperamento multum recedentia, & per cõsequens maxime apta in ęgritudines pernitiosas cadere, quibus de causis fit, vt natura humana videatur debilitata ab eo quod hactenus fuit, & per consequens breuioris vitæ reddita.

*Mortem posse retardari. Caput Nonum.*

Terminum vitæ nostræ à Deo vsque ab æterno præscriptum, vanum est, atque temerarium trãsgredi posse, pronunciare; constituit enim Mundi creator terminos vitæ nostræ, quos præteriri non posse legitur in sacris scripturis apud Iob 14. veruntamẽ,

quia soli Deo notus est terminus hic vitæ nostræ, propterea hac sapienti ignorantia fretus, poterit quisque terminum hunc vt sibi ignotum, medica prouidentia prorogare, quod tali potissimum ratione probatur; si temperamentum potest temperari, poterit & ipsa vita elongari; assumptum probatur, temperamentum tẽperatum, iam probatum est superiori capite, vitæ longioris causam esse, at per artem medicam temperamenta intemperata. v.g. frigida & sicca, reduci possunt ad æqualem temperaturam, ergo vita cuiusque potest elongari; neque nobis obstat dictum Auicennæ libro primo fen tertia capite primo volentis vnumquodque corpus terminum habere, in quo resistit siccitati necessariæ complexione, sua & calore suo naturali, & quantitate sui humidi radicalis à quo non remo

uetur; huic facilis erit responsio, si primum tamen hanc supposuerimus hypothesim, quod partes tuendæ valetudinis tres à Galeno, cæterisque græcis, & latinis medicis recensentur, conseruatiua, reductiua, & resũptiua; conseruatiua pars ea dicitur, quæ temperamentum cuiusq; in suo gradu retinet, & conseruat; reductiua, quæ intemperata temperaméta, contrarijs adhibitis, ad benignius reducunt; resumptiua verò est, quæ, quod boni in dies deperditur, celeriter prò viribus restaurat; his sic stã tibus, respondeo, quod per eam partem artis medicæ, quæ proprie dicitur conseruatiua, non potest vita elongari vltra id quod debetur primæ complexioni indiuidui, quam ipsa nititur in eodem statu conseruare, sed eam vsque ad naturalem perducit terminum, atque hæc fuit

sen-

ſententia Auicennæ loco ſupra citato; per eam verò partem artis medicæ quæ reductiua dicitur, dubium non eſt, quin vita poſſit elongari, & potiſſimum ſi ad temperamentum temperatum, quod aptum maxime eſt vitam longeuam efficere, reducatur, modò tamen poſt reductionem obſeruentur ea, quæ à parte præcipiuntur conſeruatiua; reſumptiua quoque itidem præſtat, dum, quod continuo de humido effluit radicali, ſuis auxilijs recuperare nititur; nullus enim ſanæ mentis inficiabitur, humidum radicale aliquo modo poſſe in ſpecie ſcilicet reſtaurari, quia hæc reſtauratio actio eſt animæ non corporis, anima verò eadem ſemper eſt toto tempore vitæ ſuæ; cum termino tamen, ex ſententia mea, fit hæc reſtauratio, nam tempore incrementi ſine
dubio

dubio plus reſtauratur, quam deperditur, alioquin incremento locus nō daretur; tempore perfectionis tantū reſtauratur, quātum deperditur, poſt verò tempus incrementi, & perfectionis, ob defectum caloris naturalis, minus ſemper reſtauratur, quam deperditur; calori enim noſtro triplex facultas à ſemine in ipſa generatione impertitur, generatiua ſcilicet, augmentatiua, & nutritiua, in quibus, ſicut in cæteris omnibus natura conſtantibus, ſtatutus eſt terminus, vltra quem nequit amplius calor noſter operari; quando enim facultas generatiua opus ſuum perfecit, ceſſat, neque amplius progreditur; augmentatiua etiam, cum ad iuſtam molem deduxerit corpus, ſtatim ab opere ceſſat, nutritiua quendam habet terminum, quo adueniente neceſſario fit deterior, ex cuius defectu indu

citur

citur affectus, quem senectutem nos appellamus, in qua senectute, vt supra diximus, minus restauratur, quã deperditur, & tandem extincto calore ob omnimodam humidi radicalis resolutionem, sequitur mors, quia homo, dum viuit, semper nutritur, & agit, dũ verò cessat nutriri & agere, etiam viuere desinit, nam vita hominis consistit in calido & humido, quæ caliditas est in actu, & fundatur in humido ipso radicali, quo continue nutritur; porrò hoc humidum non tantùm consumitur à calore innato, sed etiam ab extimis seu extrinsecus occurrentibus, vt ab aere, cui semper, & necessario occurrimus, à laboribus, à coitu nimio, à vigilijs immoderatis, ab animi accidẽtibus, cæterisq; rebus non naturalibus præter rationem adhibitis. Ex his omnibus constat euidẽter, quod omnes operatio-

nes medicorum siue permutantes, siue conseruantes, siue quæcunque aliæ, non ordinantur ad retardandam mortem naturalem dictam absolute, & à Deo terminatam, vt superius diximus, sed potius ad tollenda omnia impedimenta perueniendi ad illam, quæ impedimenta alia sunt non naturalia, & extrinseca proxime citata, alia verò sunt intrinseca paulò superius adducta; cũ igitur nos dicimus hoc vel illud mortem retardat, aut vitam prolungat; totum sanè intelligi debet respectu mortis accidentalis dictæ in comparatione ad humidi radicalis omnimodam consumptionem naturaliter aduenientem, quam mortem, nos, minime retardari posse, non ambigimus.

*Mors quomodo retardanda.*
*Caput Decimum.*

MOrs ergò tamdiu retardatur, quamdiu calor naturalis, cuius extinctio ipsa mors est, in suo vigore persistit, nec valdè diminuitur; verum, quia calor hic in continua recuperatione eius, quod à nostro corpore perpetuò dissoluitur, maxime defatigatur, agens enim quodcunq. naturale in agendo semper repatitur ex Aristotele tertio phisicorum textu 19. idcircò impossibile est, nè successu tẽporis debilitetur, & cõsequenter nutrimenti velut paratrophia subsequatur, vnde senectutẽ aduolare videmus, in qua homo à tẽperato tẽperamento recedẽdo, ad frigidũ & siccũ tẽdit, & loco sanguinis laudabilis, multa congerit excre-

excrementa, quę ſua præſentia calorem naturalem magis eneruando, & digeſtiones imbecilliores reddendo, ſenium, atque mortem accelerant, ex Galeno libro de marcore capite 4. calcem verſus; iſtis igitur incommodis obuiam faciendum eſt, quod optime præſtabitur, ſi calor naturalis in ſua eſſentia & temperamento ei ingenito diutius conſeruetur, hoc verò haudquaquam aſſequi poterit, niſi prius humidi radicalis, quod dicti caloris ſubiectum & pabulum conſtitutum eſt, diminutio totis viribus retardetur, & quantum eius humidi in dies reſoluitur, tantundem etiam recuperetur, quod quidem, licet de cuiuslibet corporis partis humido intelligatur, pręcipue tamen & quam maxime intelligendum eſt de corde, cuius corpus maxime ſtudendum eſt, ne adeo exiccetur, vt tandem ab a-

ctione vacet, nam vacuitas actionis cordis est vitæ finis, & quousque cor sua actione mouetur, animal mori impossibile est, mouetur verò cor potissimum ratione humidi radicalis, quapropter si cordis corpus humidius perpetuo reddi posset, vt ait Galenus libro de marcore capite 5. procuIdubio posset & senectus, & ex cōsequenti mors ipsa perpetuo cohiberi, at quia hoc fieri non potest, prohibendum saltem humectantibus, ne citius quam natura postulat, cordis corpus exiccetur, nam, si vita animalis est participatio animæ in natiuo calore atque ipsius in eo permansio ex Aristotele libro de morte & vita, ergo vniuersa ratio viuendi in ratione natiui caloris est sita, caloris verò natiui ratio in temperato temperamento consistit. Porrò huius temperamenti corruptio fieri potest à

causis internis vel externis, causæ internæ sunt siccitas aduenieins, assidua substantiæ effluxio, & excrementorum prouentus, externæ, sunt causæ non naturales, & necessario homini occurrentes, veluti aer, cibus, & potus, & reliquę: primas duas causas effugere nemo potest, inquit Galenus primo de tuenda valetudine capite secundo, cæteras verò, consilio, & prudentia, corrigere quiuis potest. quæ cum ita sint, nullus sanæ mentis homo, censeo ego, reperietur, qui, consilijs neglectis, parum prudēter in dictis rebus non naturalibus errata comittat, quibus, morte immatura, & accidentali aduentante, ad naturalem mortis terminū nobis ignotum peruenire non valeat; nam sicuti vitę longitudo à conuenienti in sex rebus non naturalibus regimine cōseruatur, sic breuitas ab earum vsu
inde-

indebito ortum trahit, vt voluit Auerroes comento libri Aristotelis de longitudine & breuitate vitæ. cæterum vitæ nostræ conseruatio ex triũ animæ præcipuarum facultatum incolumitate pendere videtur, naturalis scilicet, vitalis, & animalis, quarum qualibet amissa, cæteras quoque vna perire necesse est; facultas namq; naturalis quæ cum stirpibus est communis, residet in hepate veluti in fonte, ex quo venæ tanquam canales in totum corpus sparguntur ad deferendum sanguinem prò nutritione corporis, & generatione spirituum, qui spiritus nihil aliud sunt, quam sanguis attenuatus ex Galeno tertio de naturalibus facultatibus capite 14. quapropter si facultas hæc deficeret, vel ab opere omnino cessaret, proculdubiò facultas vitalis, & animalis simul

perirent; idem pariter de facultate vitali dicendum, quæ cum in corde sedem habeat tanquam in caloris innati promptuario, à quò arteriæ tanquam vehicula proueniunt, quæ per vniuersum corpus sparsa, spiritum vitalem in omnes corporis partes influunt, si ista pariter facultas opere suo omnino frustaretur, vtiq. vita ipsa, quæ in calore & spiritu præcipuè residet, protinus cum morte mutaretur: idem similiter de facultate animali pronunciandum est, quæ in cerebro domicilium habet, & actionibus volontati annuentibus vna cum sensibus præsidet, vtiturq. neruis tanquam riuulis, per quos & sensum, & motum in totum animal trãsmittat hæcq. pariter facultas adeo viuenti animali necessaria est, vt vita sine sensu & motu permanere nequeunte, hac ablata facultate animal mori sta
tim

tim ſimul conueniat. hæ igitur facultates, ſicuti mediante rerum ſex non naturaliũ conuenienti regimine inco lumes diù ſeruantur, ita ex earum [vt ſuperius diximus] indebito vſu corrumpuntur, atq. deſtruuntur; & quam uis dictæ facultates in neceſſitate pari paſſu procedant, quia tamen cor ex Ariſtotele ſecundo de generatione animalium capite quartò, primo viuit, & vltimo moritur, vitalem idcirco facultatem in corde reſidentẽ principem obtinere locùm fatẽdum erit; quæ quidẽ vitalis facultas, quia potiſſimum ſeruatur incolumis ab inſpiratione aeris puri & temperati, propterea de aere proximo locò nobis agendum erit.

*Aeris Necessitas & Excellentia.*
*Caput Vndecimum.*



I quidquam est, candide lector, quod corpora tum nostra, tum cæterorum animantium ci tius faciliusq. alterare possit, aer potissimum est, & propterea iure optimo inter res non naturales, & necessario animali occurrentes, primò locò ab omnibus medicis tum græcis, tum Arabibus atque Latinis numeratũ aerem esse constat, vt qui, nulla cæterarum rerum non naturalium repugnante, facile principem occupet locum; tãtà enim omnibus hominibus aeris necessitas imposita est, ait Hippocrates libro de flatibus, vt quãuis omnibus alijs abstineat homo, neq. cibum neq. potũ recipiat, possit tamen ad duos vel tres, & plures dies vitam satis tutam viuere, at

si cui

ſi cui forte aeris in corpus viæ intercipiantur, breui diei articulo intereat neceſſe eſt: vt vel hinc liceat cuiq. conijcere, quantæ vtilitati aer ſit corporibus; inſuper homines ab omnibus quieſcunt operibus, ab hoc verò opere nulla mortalibus animãtibus requies cõtingit, vt ſcilicet ſpiritum a ducere, & rurſum exhalare ceſsēt. nequè ſolum aeris neceſſitas omnibus communicatur animalibus, verum etiam omnibus ſub luna iacentibur; omne enim quod inter cælum & terram exiſtit, aere repletum eſſe, & ipsò frui apparet, primumq. igni nutrimentum præbet, & huiuſmodi, vt ſi aere ignis ipſe priuetur, viuere nullo pactò poſſit; auderem etiam cum Hippocrate loco citatò dicere. aerem lunæ fundamentum eſſe, & terræ vehiculum, neq. quicquã aere vacuum reperiri. nam poſitò

quod aer non daretur, tunc loco aeris, vel vacuum daretur, vel corpus aliquod aliud aere densius; non secundum, quia magna cum difficultate homines, cæteraq. mobilia densitati oppugnando, localiter mouerentur; non primum, quia in vacuò motus naturalis fieri non potest, & consequenter nec homines, nec cætera mobilia moueri vllo modò possent; quod quidem multiplici ratione probari potest, & primò, motus naturalis est determinatus ad sursum vel deorsum, sed in vacuò non est sursum nec deorsum ex Aristotele quarto cæli textu sexagesimo quartò, ergo vacuum non potest esse causa motus, secundò, cum vacuum totum sit eiusdem rationis, non mouebitur corpus impositum in ipso, quia non erit maior ratio cur magis moueatur in vnã partem quam in aliam; tertiò omnis

motus

motus aut eſt naturalis, aut violentus, ſed neuter horum eſt in vacuò, ergo; probatur minor de naturali, vacuum eſt priuatio & nihil, ergo nullam habet differentiam, quia nihili nullæ ſunt differentiæ, ergò non poterit in eo fieri motus naturalis; quod verò in vacuò non poſſit fieri motus violentus, probatur, motus violẽtus eſt poſterior naturali, ergo vbi non eſt naturalis, neque etiam poteſt eſſe violentus; experientia quin etiam videmus vacuum dari non poſſe, & primò in lucerna turrita, quæ non ſtatim emittit totum oleum, ſed paulatim ſecundũ proportionem aeris qui poteſt ingredi; ſecundò videmus aquam aſcendere per fiſtulas, ſi ore abſorbeatur aer illis incluſus; tertiò, probatur ex cucurbitulis quas Tonſores adhibent ad euacuandum ſanguinem, cũ enim aer ille incluſus per

accenſionem ſtuppę quæ intus poni-
tur aer rare fiat , poſtmodum verò
ceſſante igne propter frigiditatem
carnium quibus adherent , & aeris
ambientis frigidi , aer ille inclufus
condenſetur, ne detur vacuum , ne-
ceſſario carnes attrahunt & ſangui-
nem ad replendum illum locum ; his
ergo rationibus, & experimentis ſa-
tis ſuperq. patet vacuum vlla ratio-
ne in rerum natura poſſe concedi, nul
lumq. aliud corpus ad motum natu-
ralem aptius ipſo aere excogitari
poſſe : quem quidem aerem inter ſu-
blunaria quæcunque, non ſolum ne-
ceſſarium, ſed diuinum etiam eſſe vo
luit Hippocrates primo prognoſtico
rum, vt nihil prorſus reperias quod
aere non fruatur, hoc enim fit fluxus
maris atque refluxus, hoc pluuiæ, ni-
ues, grandines, pruinæ, tonitrua, cæ
teraq. mixta metheorologica gene-
rantur,

rantur, hoc in terris violenter detento, terremotus concitantur, hoc partium totius mundi vnitas, qua ablata vniuersum corrueret, incolumis perseuerat; hoc anni tempora maxima cum vtilitate variantur, ab hoc morbos omnes præcipue verò vulgares generari voluit Hippocrates libro sibi adscripto de flatibus; hoc etiam mediante à plurimis morbis sanari docuit Galenus nonò methodi capite 14. huius deniq. causa vitã longeuã aut breuẽ, tutam & sanã, aut periclitãtem & morbosam homines sępissime traducere constat, cuius q; dem rei veritatem si quis paulò diligentior indagare voluerit, cõsideret necessitatẽ atq. vtilitatẽ respirationis, sine quà ne paululum quidẽ homini viuere licet, atq. ita velit noliue, fatebitur quisq. aerem vitæ humanæ maximè necessarium esse; sed hæc in sequenti patula fient. *Aeris*

*Aeris inspirandi necessitas.*
*Caput Duodecimum.*

RErum omnium mater natura, sicuti disposuit, vt quæcunque nutriri, aut crescere possent, calorem in se continerent, eoque deficiente, nec nutriri, nec crescere quidquam posset, ita etiam ab eadem statutum est, vt inter ea quę ad alimentum, & augmētum recipiendum apta sunt animalia, quod plantis perfectius esse nacta sint, vberiori etiam calore potirētur; vlterius quin etiam natura eadem effecit, vt in ipsis animalibus, quæcunque sanguine prædita essent, hoc ipso calore magis abundarent, quam exanguia: cæterum calor hic quāuis præcipuum animæ sit instrumentum, vt superius diximus, solusq. nullius alte-

alterius rei auxiliò indigens, omnes vitæ operationes, tum naturales, tũ animales, tum vitales perfectè exerceat, frigidi tamen aeris occursum ita desiderat, vt, eò deficiente, calorẽ ipsum viuificum prorsus extingui sit necesse, & sicutiflamma cucurbitulis aut angusto loco coercita, marcescit, ita pariter cum inspirationis viæ præcluduntur, constirpanturq. omnia cutis spiracula, statim caloris naturalis consequitur extinctio. huius verò extinctionis causa triplex à naturalibus philosophis medicisq. recensetur, quod scilicet ei recreatio per refrigerationem denegata sit, secudo, quod idoneum deficiat pabulum, tertio, quod aer ambiens nullus sit, in quem fuliginosa caloris natiui excrementa erumpant; his enim adminiculis necessario calor noster indiget, quemadmodum sequẽti inductione pro-

probabitur; in balneis namque & æ-
ſtu vehementi calor noſter languet,
& deficit, quod frigoris occurſu haud
quaquam recreetur, ſed potius di-
ſpergatur, vnde virium languore ten
tantur in balneis, & æſtu immodera-
to mortales, & niſi refrigeratione ſuc
curratur, è viuis ſtatim decedunt; ex
aduerſo frigus moderatum ſicuti flā-
mam, ita & calorem noſtrum natu-
ralem continet, & à diſſipatione de-
fendit, neque calor æſtiuus nos am-
biens, ex eo ſolummodo quod inte-
riorem calorem noſtrum diſgreget,
diſsipetq; offenſionem affert, verum
hinc etiam quod nequaquam refrige
ret, ſed cor, cæteraq. viſcera magis
ac magis calefaciat, & inflammet, vn
de peculiaris eorum ſubſtantia tan-
dem conſumitur, & in ruinam agitur,
ob pabuli autem neceſſitatem ani-
mal moritur, ſi os & nares vel fauces
prę-

præcludantur, idq. non ob refrigerationis defectum, sed ob inopiam alimenti, quod caloris essentiam conseruat. quod quidem manifeste declaratur in corpore in aquam proiecto, id enim mox suffocatum perit, nisi aere & respiratione ei quispiam opem ferat, non certè quod à refrigeratione, sed quod à caloris natiui pabulo idoneo priuatum relinquatur, quomodo verò calor hic noster aere nutriatur, pauló post declarabitur; tertiò modò calor natiuus extinguitur, si quis plurimo attracto aere eóque frigido, hunc totum sic pulmonibus contineat, vt nihil prorsus illius expiret, eum tamen extingui, & è vita recedere necesse erit, non quidem penuria, cum copiosum insit, satisque abundans, nec minus ob refrigerationis prohibitionem, quod frigidus haustus sit aer,

qui

qui cor potuit satis superq. refrigerare; reliquum est igitur vt interitus causam in fumosa caloris natiui excrementa violenter retenta referamus: nam sicuti flamma à crasso multoque fumo, ita cor à dictis excremẽtis immoderate congestis opprimitur, & suffocatur; has tres adductas causas ad caloris naturalis, & ad omnium animãtium tutelam èlargitas, aer nos ambiens in se vnus continet, modo tamen tum in qualitate, tum in substantia mediocritatem quandam acceperit, quæquidem mediocritas variari debet iuxta temperamentorum varietatem, hoc scilicet modo, vt quæ sanguine plurimo eoq. puriori referta sunt, vberrimo etiam calore innato affluant, & consequenter aeris frigidioris inspiratione indigeant, quæ verò pauco, eoque aliquantulum crasso sanguine prædita sunt,

ſunt, aerem temperatiorem, minuſq. frigidum ſatis tuto reſpirent. his ſic ſubauditis, licebit cuique perſpicere quam neceſſarius ſit aer hominibus, cæterisq. animantibus ſolius reſpirationis cauſa. quantum verò aer ipſe conferat ad vitam tutam, longæuãq. traducendam, in ſequenti declarabitur, ſi prius explanatum fuerit, quomodo calor hic noſter, cuius fons cor ipſum eſt, aere inſpiratò nutriatur; neque enim talis ſimpliciter, qualis inſpiratur aer, aptum ſtatim efficitur alimentum prò nutritione ipſius caloris, quia nutritio eſt perfecta aſſimilatio nutrientis nutrito ex Galeno tertio de naturalibus facultatibus capite primo, & tertio de temperamentis capite primo. aer verò ambiens impurus, & aliquantulum frigidior; ſi igitur nutrire debet calorem innatum, neceſſe profectò erit, vt elaboretur, &
præ-

præparetur ad hanc aſſimilationem, atq. ita ſtatim ac inſpiratur, primam in pulmone elaborationem ſumit, illicq. concoquitur, & præparatur vi carnis ipſius pulmonis, quæ plane mollis eſt, tenuis, & aerea; non enim extraneus aer frigidus & impurus repentèq. inſpiratus, fieri poteſt vitalis ſpiritus pabulum idoneum, ſed hunc, quemadmodum & cibaria, neceſſe eſt paulatim mutari, & familiarē ſpiritui innato qualitatem aliquo temporis interuallo recipere, donec elaboratus diligenter in ſiniſtrum cordis ventriculum arripiatur, ex quó, accedente ſanguinis vapore qui ex dextro ventriculo promanauit, vi cordis inſita, haud ſecus atq. in fornace ſpiritus procreatur vitalis; qui demum in vniuerſum corpus per arterias effuſus, ſalubrem impertit toti corpori calorem, qui verò ex hac elabo-

elaboratione fiunt adusti,& crassi vapores [ vt aliqua etiam de expiratione verba faciamus ] foras reijciuntur tum cordis & arteriarum pulsatione, tum Pulmonis expiratione, atq. hoc pacto caloris innati excrementa vaporosa foras expurgantur: clarum quin etiam est, per aeris inspirationem potissimam alimenti partem animali spiritui accedere, ex Galeno libro de vtilitate respirationis capite quinto,at rationi consonũ quoq. est, non derepente, & confertim aerem externũ animalis spiritus fieri nutrimẽtũ,sed paulatim quidẽ immutari, quemadmodum cibaria, familiarem autem huic spiritui qualitatem diuturniore tẽpore recipere, huiusq. alterationis pulmonis carnẽ primũ esse instrumentũ,quẽadmodũ paulo superius diximus,& voluit Galenus septimo de vsu partium capite octauo. nã aer, qui ab arterijs foris trahitur,

primum conficitur in carne Pulmonis, deinde in corde & arterijs, præsertim verò in ijs quæ in plexu retis formam habente insunt, perfectissime deniq; in ventriculis cerebri, vbi primum fit animalis perfecte; manifestè igitur patet elementum aeris à Deo potissimum creatum esse, vt calor noster non solum ab eo refrigeraretur, verum etiam nutriretur.

*Aeris varietas à varietate locorum.*
*Caput Decimumtertium.*


Itam longiorem aut breuiorem contrahere animalia pro locorum varietate voluit Aristoteles octauo de historia animalium capite secundo, cuius rei causam, sicuti ipse subticuit, ita nos ad aeris varietatem refferendam esse dicimus: vita enim nostra

triplici

triplici continetur substantia, ficciori, humidiori, & ignea, quas quidem substantias, sicuti è corpore perpetuo effluere quotidiana experientia docet, sic perpetuo quoque eas restaurare nitimur, atque ita quod ficcioris substantiæ in dies deperditur, cibis restauramus, potione, quod humidioris, respiratione verò, quod aereæ, igneæque substantiæ efluit, reficere conamur; prò cuius veritate confirmanda notandum est, hominē ratione cordis respiratione indigere, vt calor eius naturalis refrigeretur ex Aristotele libro de morte & vita capite 11. calorem autem naturalem vitæ nostræ instrumentum esse, atque in corde tanquam in fonte domicilium habere, ibique solummodo actiones vitæ probe obire, quatenus optima temperatura præditū est, habemus ex Galeno quinto de
 locis

locis affectis capite primo, hanc verò temperaturam aliunde ipsum facilius meliusq. recipere non posse, quam ab inspiratione aeris puri, & temperati, omnibus notum est, sicuti etiam dictas aeris qualitates aliunde petere nobis licitum non est, quã à locorum temperiebus, quæ temperies sicuti varijs de causis mutantur, ita varias quoq. aeri qualitates communicare possunt. cæterum locorum temperies variantur, vel ratione soli, vel situs, vel positionis, vel aquarũ vel ventorum: ratione soli, quia terra variat temperiem suam pro varietate naturæ suæ, si scilicet glareosa fuerit, aut cænosa, aut saxosa, arenosa, macra, aut pinguis, spissa, & solida, aut mollis, & soluta, metallifera, aut metalli sterilis; nam ex glareosa terra, saxosa, arenosa, macra, spissa & solida vapores attrahuntur sub-

tiliores,& puriores,qui puriorē,& clariorem aerem efficere possunt,è terra verò cænosa, pingui, molli,& soluta. vapores exeunt crassiores,& impuriores, qui cum aere mixti, illum impurum, crassum, & turbidum efficiunt; terra etiam vt salubris sit, non requirit, vt nullæ prorsus in ea fiant tēporum mutationes, quia hoc pacto fieret inhabitabilis, vt videre est nonnulla loca in Lybia quæ ob calorem perennem, deserta remanent, & mōtes nōnullos in germania, qui præ frigoræ sunt inhabitabiles,sed tali temperie prædita loca esse debent, vt magnas tēporum mutationes non persentiant,sic .n. & fertilis,& optima regio censebitur; saluberrimusq. erit aer ille nostris corporibus, qui ad calorē aliquo modo accesserit, & ratio est,quia vita nostra calore potius,quā frigore cōtinetur, & ideo regiones q̄,

vt plurimum ad calorem potius, quã ad frigus tendunt, salubriores censentur. variantur secundo loca iuxtà varietatem situs, qui quidem situs variatur à montibus propinquioribus á quibus teguntur, si enim regio aliqua montem habeat ad meridiem que ventis austrinis tegatur, dicitur aquilonaris, quia exposita est alteri cæli parti à qua venti aquilonares perflant; si verò regio montem habeat ab aquilonibus obtegentem, totaque exponatur austro, dicitur australis, & ratione ventorum australium huius regîonis aer fit, æstate, calidus, humidus, & crassus, hieme verò frigidus multum, qua ratione capita hominum multa pituita replentur, sicuti ratione ventorum aquilonarium illius regionis aer redditur frigidus, siccus, & sterilis, qua ratione homines sicci sunt alui, sed edaces

ces multum, & longeui, licet in moribus agrestes, & morbis acutis obnoxij, mulieres autem fiunt steriles aut difficilis partus ratione aquarum quæ duræ sunt; idem pariter dicendū de regionibus orientalibus, & occidentalibus, quæ ratione montium oppositorum tales nuncupantur, montium namq. positio multum impertire potest locis bonitatis, aut vitij, qui enim ad radicem montis alicuius ad meridiem & orientē obuersi regiones incolunt, proculdubio calores maiores sentient, quam si regiones ab eodem monte defendantur, potissima etenim, si situm respiciamus, caloris causa ad meridiem, secundo ad orientem refertur, sicuti è conuerso frigiditas alicuius regionis à septentrione, vel occasu exspectatur, nisi fortè vis ventorum ab aliquo accidēti, vt v. g. à mari propin-

quo debilitetur: his igitur de causis aer mutatur ad calidum vel frigidū, humidum vel siccum: sed vt in vniuersum loquamur cum Hippocrate libro de aeribus, aquis, & locis, quæcunque loca ad solis exortum sita sunt, cæteris salubriora esse necesse est, primo quia caliditas moderatior in aere perpetuo residet, deinde quia aquæ quæ ad solis ortum sunt, claræ omnes oculis apparent, sicuti palato molles & amabiles fiunt, neq. id ab rè contingit, siquidem sol summo mane exurgens, & aerem nulla interposita mora illustrans, eas diligenter clarificat; huius rei veritatem indicant nobis hominum loca talia habitantium formæ, quæ, generaliter loquēdo, bene coloratæ, magisq. floridæ vidētur, sicuti in intellectu homines perspicatiores quoq. reperiūtur, & si morbis, ijs paucis, & mitioribus

cor-

corripiuntur; è cõtra verò accidit ijs locis quę cũ ad occasũ sita sint,& á vẽtis orientalibus protegãtur, situ morbosissimo posita videmus,primum .n. aquæ splendidæ non sunt,quia nebula matutinum tẽpus vt plurimũ occupans,si ascendit, aerem perturbat, si verò aquis misceatur,impedit, quominus pellucidæ fiant, sol ẽt cũ occidit, homines maxime percoquit, vnde decolores,& infirmi redduntur homines,immò omnibus morbis, nullo excepto, fiunt obnoxij,præcipue verò raucedini ob aeris continuã impuritatẽ; variantur quin ẽt loca in tẽperie iuxta eorũ positionẽ,nã aut plana sunt,idest cãpi,aut colles,aut mõtes, aut valles,si cãpi, aut equaliter plani sunt, aut aliquantulũ proni, si colles aut montes, vel molliter, aut ardue potius assurgũt,aut placidi,aut asperi sunt,nemorosi,aut herbidi;loca equaliter plana aerem semper crassiorem red-

reddunt, prona verò quia perſpirata puriorem aerem efficiunt ex ſeptalio viro excellentiſſimo primo problematum comento liij. colles, ſi molliter aſſurgant, aerem in qualitatibus temperatiorem, in ſubſtantia mediocriter craſſum reddunt; ſi verò ardue aſſurgant, aerem reddunt algidiorẽ; inſuper colles herbidi temperatiores ſunt, nemoroſi verò ſicciores, ſicut glabri ſicciſſimi dicuntur; montes aere frigidiori prædití ſunt, tum quia ventis continuis ſunt expoſiti, tum quia radij ſolares parum in ijs morã-tus; valles denique ſequuntur quæ inter montes poſitæ antris & ſpecubus ſunt refertæ, & cum radijs ſolaribus parum aut nihil illuſtrentur, ignobiles, frigidiſsimæ, & maxime inſalubres fiunt, obruuntur enim imbrium ruinis, & niuoſis aquis, & ideo continuo ferè madeſcunt, vnde craſſus

vapor continuus effumat, qui homi- nibus redditur maxime inimicus, & si forte radij solares eo perueniant, ex eorum reciprocatione per conum facta, oritur maxima mortalium suffocatio, ventis etiam inæqualiter perflantur, ita vt nonnunquam agitentur à ventis, & præ angustia situs, omnia maxime exiccentur, & arida reddantur, nonnunquam verò penitus á ventis priuantur, fitq., vt aer non expurgetur, sed crassior, impurus, & insalubris reddatur; hac ratione crediderim ego Galenum tertio in Hippocratem de humoribus comento particulæ tertiæ dixisse, aerem, qui in vrbe est, peiorem esse eo, qui ruri habetur, nam sicut aer, qui in vallibus ab altis montibus est omnino conclusus, nec vllum flatum recipit, vt dictum est superius, putridus censetur, ita quoque aer vrbanus calidior,

dior, crassiorque est, sol enim perflatu carens calefacit, aeris verò motus à muris impeditus, & omnis generis excrementorum exhalationes crassiorem illum reddunt, atqui ruri aer est, cum generaliter loquẽdo, tenuis, purusque sit, homines cibi auidiores facit, quia meatus patẽtiores, magisq. fluxibiles fiunt, & sensus vegetiores, & cum melius concoquant, melius ẽt aluntur, hac eadem de causa censuit idem Galenus loco citato, aerem hortis vicinum vitandum esse, tum propter cloacas, & fimum qui congregatur prò fęcundanda terra, tum etiã ob magnum fætorem ex nonnullis oleribus fructibusq. prodeuntem vt v. g. ex brassica iuglande, & similibus: variari quoque loca in temperie ratione aquarum quibus incolæ vtuntur, voluit Hippocrates libro de aeribus aquis & locis, aquę .n. vel de cli-

clinãt à tẽperie ob quãtitatẽ, vel ob qualitatẽ; ob quãtitatẽ veluti si loca sint aquosa nimis, idest multis irrigẽtur aquis, quarũ ratione humidiora reddãtur, & per cõsequẽs multos morbos frigidos, & humidos procreant, vel si loca fuerint nuda, & aquis carẽtia, ea enim deserta sunt, & præ inopiã aquarum sterilia fiunt, vel deniq; si aquis, ijsque optimis moderate irrigentur, hæc loca maxime salubria cẽsentur, modo hæ aquæ in qualitate non peccent, veluti si forte palustres sint, quæ præterquam quod reddunt aerem in æstate calidum, crassum, & fætentem, hyeme verò frigidum nimis & turbidum, si interius sumantur, fit, vt æstate aluum perturbent cum tarde descendant, hyeme autem pleuritides, & nephritim, & quamplurimos alios morbos producant; reperiũtur quin etiam aliæ

aquæ

aquæ crassæ, asperæ, & grauęs nimis, atq. hæ aerem quidem parum immutant, si verò bibantur, aut in eis cibi concoquantur, ventriculum maximè infestant, & aggrauant; dantur quoque aliæ aquarum qualitates, sed hæ parum aut certè nihil aerem immutant, vt salsuginosæ, quæ aerem sicciorem quoquomodo efficiūt, sed interius sumptæ hominibus nocuæ magis redduntur, nōnunquam enim aluum soluunt, & si diuturniori tempore bibantur, intestina exiccando aluum denique adstringunt, corpus emaciant, sanguinem adurunt, quò fit, vt scabies alijq. quamplurimi affectus, tum interni, tum externi generentur; his addi possunt aquæ metallicæ, quæ, generaliter loquendo, calidæ omnes cum sint, aerem etiam calidiorem efficere valent, & si interius sumantur ad egestionem rebelles

fiunt. Aer denique alicuius regionis mutatur in qualitate & ſubſtantia à ventis qui ad eam, & per eam currũt regionem, & primo, qui venti à terra ſpirant, ſicciores ſunt, & aerem ſicciorem reddunt; qui verò ab aquis humidiores ſentiuntur, & qui à mari ſalubres ſunt hyeme, & verè, ſed æſtate calidiores, qui à fluminibus mittuntur, ſunt marinis humidiores, ſed hiberno tẽpore deteriores habẽtur, æſtiuo meliores; qui à ſtagnis, vtriſq. prioribus peiores, peſſimi autem qui è paludibus prodeũt, qui à campis, & terra quæ rectè perfletur, meliores exiſtimantur; in ſumma qui è magno flat mari, melior eſt, hunc ſequitur qui à montibus deſcendit, peior qui à cloacis vrbem & ſordes expurgantibus, quique è ſtagnis, & locis paluſtribus emittitur; planum enim eſt loca ſublimia, quia vndique adaperta

ſunt,

ſunt, nec quicquam eſt quod flatus arceat, facilius perflari, vnde fit, vt qui in illis vitam degunt, vitam ſanam atque longeuam viuant, humilia verò minus ſalubria ſunt tum propter calorē qui in æſtate eſtuat, tum quia præ humiditate minus per ſpirent; loca verò in quibus ſtagna ac paludes ſunt, morboſa putãtur quia humidiora, & aer qui ijs locis continetur, humidus, craſſusq. eſt, & multos putridos excitat vapores, vt voluit Galenus tertio in Hippocratem de humoribus comento xiij. & propterea ſi quis forte fortuna aliunde in dicta loca trãſmigret, neceſſe eſt grauibus morbis corripiatur.



Aeris

*Aeris salubris qualitates, & substantia.*
*Caput Decimumquartum.*

NAturæ humanæ aerem maxime necessarium esse, satis superq; diximus, nũc verò qualis eædem naturæ prò sanitate tuenda, morteq; retardanda futurus sit, inquirere decreuimus; nihil enim ex communi medicorum consensu delectabilius, nihil suauius homini excogitari potest, quã cælo frui salubri; è contra verò nihil grauius, molestius, & detestabilius ipsi naturæ accidere potest, quã in aere crasso, & putrido vitã degere, ipsò enim necessario, velis nolisve, vtendum est, nam vndiq; interius, & exterius in corpora sese insinuat, cordiq; nostro vitæ authori primario, continuo suas qualitates siue bonas,

ſiue malas, dum inſpiramus, impertitur, & propterea ſi aer morboſus, & corruptus ſit, ſtatim enecat, ſi ſalubris, ſanitatem deperditam ſæpenumero reſtaurat, præſentem verò conſeruat, ita vt dici poſſit, vitam noſtram totam in aere ſalubri poſitam eſſe: addatur etiam aerem bonum ad mentis operationes perfecte exercendas maximè accomodatum eſſe, quotidiana enim experientia docemur, quod aeris impuritas ingenium hebetat, apprehenſionem obtundit, iudicium obſtruit, & cogitationes infatuat, neq; hoc mirum, quia tamdiù homo pollet ingenio, quamdiù abundat ſanguine claro, & laudabili; hoc verò potiſſimum acquiritur inſpiratione aeris inculpati, qui inſpiratus cordis ardorem temperet, id autem facile præſtabit, ſi qua

tuor conditionibus dotatus erit, vt scilicet primo sufficienti copia in corpus trahatur, secundo, vt qualitate sit egelidus, vel temperatus, tertio vt mediocris sit consistentię, quarto vt eius substantia sit tenuis, & benigna: primam conditionem re quiri voluit Aristoteles libro de morte & vita Capite xiiij. dum dixit, mortem aduenire cum calor noster nō refrigeratur, & contabescit ipse à se ipso, hoc verò potissimum accidit ab aeris inspiratione prohibita, vel deprauata: cæteras conditiones tetigit Galenus tertio in Hipocratem de humoribus comento particulæ tertiæ, dum voluit aerem à sole illustratum calidiorem, tenuioremq; esse, vmbrosum verò crassiorem esse, at aer calidior, & tenuior efficit vt corpora melius perflentur, frigidior vero, & crassior

corpora constipando, ea putredini obnoxia reddit: erit ergo optimus aer, si omnino purus sit, licet in eo omnimoda puritas reperiri haud possit, cum alijs elementis misceatur ex eodem Galeno primo de elementis capite quinto. cæterum quamuis aer purus omni ætati semper vtilis sit, diuersitas tamen quæ in aeris qualitatibus contingit, non perinde se ad omnes homines habet, sed corporibus, quæ optimo temperamento sunt, etiam optime temperatus aer est saluberrimus, vt censuit Galenus primo de sanitate tuenda Capite vndecimo in calce, & tertio in Hippocratem de humoribus comento duodecimo, in quibus verò aliqua exuperans qualitas dominatur, ijs corporibus vtilissimus est aer, qui ei qualitati est aduersus, frigidus scilicet cali-

dæ,

dæ, calidus frigidæ, humidiori ſiccus, ſicciori quam par eſt, tanto humidior, quanto ſiccitas ipſa modum exceſſerit: hæc de ſalubri aere dicta ſunt, ſed quæ nullius ferè vtilitatis erunt, niſi ſimul addantur cauſæ, & ſigna, quibus ſalubris ab inſalubri dignoſcatur aer; ſerenum aerem ſaluberrimum eſſe cenſuit Celſus libro ſecundo ſui operis, pluuioſum verò inſalubrem; peſsimum omnium nebuloſum, & ſi diutius nebuloſus perſeueret, peſtilens fit æque ac ſi putreſceret aer à multitudine cadauerum non crematorum, neq; ſepultorum, aut à vaporatione aliquorum lacuum aut paludum tempore æſtiuo facta; fit inſuper aer putridus, & peſtilens ex profundo ſpecu auram peſtilentem ſpirante, aut ex cloacis apertis, aut à putredine olerum,

leguminum, aut si fiat nebulosus à vicinia fluminis, vel stagni alicuius ex Galeno primo de sanitate tuenda Capite xj. hunc verò putridum & pestilentem aerem cognoscemus primò, si in dicto aere omnium generum volatilia, quæ ex putri materia originem trahunt, multiplicentur, vt muscarum genus, & earum potissimum paruarum, quæ volant per aerem circa solis occasum, & circa matutinas horas, secundum signum à rusticis etiam obseruatum, est, quod aues, quæ sunt in agris, & montibus, vbi percipiunt putrefactum aerem, in regiones transmigrãt salubriores, imò adeo abhorrent aerem putrefactum, vt & si habeant oua, aut pullos paruos, eos tamen, amore materno postposito, relinquant & abeant, vt sibi cõsulãt potius quam filijs; tertium est,

&

& satis euidens signum; vbicunq; aliquid aeri exponitur veluti panis, oua, caro, statim putrescit præter omnẽ cõsuetudinẽ; p̃terea aer intra parietes, domos, & cubicula humidus valde est, ita vt parietes etiam humescant; cum hæc apparent signa, celerior cura erit celerior fuga. Aeris deniq; qualitates si diligentius explorare volueris, spongiam bene siccam, ac mundam per noctem cœlo sereno exponito; si mane siccam inueneris, aer quoq; talis erit, si madidam, nimbosus, si molliter vdam, humidus ac roridus, si verò panem sic recẽtem exposueris, à corrupto aere mucescit, à sicco siccescit, ab humido in suo statu conseruatur; corrumpuntur & carnes facile, vbi pestilens sit aer & colorem mutant, à rubro scilicet, & flacescunt: horum animaduersio-

ne poterit quisq; facile cognoscere, an aer quò frui debet, ijs præditus sit conditionibus quæ salubrem illum reddant, si scilicet tenuis sit substantiæ, si mediocris consistentiæ, si à vaporibus depuratus sit, & in eo corpora non rigeant, aut sudent; natura enim nostra, vt potè quæ in medio constituta sit, ab extremis maxime patitur, & eo magis, si extremorum vsus nobis sit continuus, cuiusmodi aer est, quem velimus nolimusve, inspirare cõtinuo cogimur.

### *Nutriendi Necessitas. Caput Decimumquintum.*

NVtritionem nobis fuisse necessariam, & causã esse sine qua homo diu viuere non potest, experientia patet, & docet Galenus

libro de dissolutione cõtinua; nam, cum omnibus ferè notum sit, corpora nostra à calore naturali, & extrinsecus ambiente cõtinuo difflari per sensui occultos meatus, poros à medicis dictos, ideoq; exinaniri atq; exhauriri, necesse est resarcire id quod deperditur, alioquin homo diu superuiuere non posset, indita idcirco fuit nobis à natura fames, quæ est appetitus calidi & sicci, & sitis, quæ est appetitus frigidi, & humidi, quibus mediantibus cognosceremus quando, quantum, & quale alimentum assumendum esset. verum quia nutritio ex Galeno tertio de temperamentis capite primo, nihil aliud est quam assimilatio nutrientis ei quod nutritur, vel est instauratio substantiæ effluentis, in alimento autem, cibo scilicet & potu, pro vt tales sunt, non reperitur aliquod

simile

simile ei quod continuo dissoluitur, idcirco mutatio cibi & potus fuit naturæ necessaria ad hoc vt talis cibus, & talis potus fiant similes corpori nutriendo; huius autem necessitatis ratio clarius elucescet, si prius ostenderimus nutrimentum seu alimentum tripliciter summi ab Hippocrate libro de alimento sectione tertia & Galeno in comento, & primo de sanitate tuenda Capite 15. in calce, primum, quod proprie nutrimentum appellat, secundum quod velutì nutrimentum, & tertium quod futurum est nutrimentum; sed quia hæc verba aphoristice (pro more Hippocratis) scripta sunt, longiori à nobis explicabuntur oratione, vt ex his lector vtilitatem recipere valeat, proprie ergo illud est alimentum seu nutrimentum, & vere, quod iam nutrit, & corpori

pori

pori adiungitur,& assimilatur, natiuumq; calorem, spiritus recreando, adauget: quod autem veluti nutrimentum est, illud erit quod agglutinatur, & apponitur, nondum verò assimilatur, & nutrimentum æquiuoce tantum dicitur; quod verò in uenis est seu etiam in Vētriculo, id tanquam alimentum aliquando futurum sit, si probe pleneq; confectum concoctumq; fuerit, alimentum nuncupatur, qua etiam ratione cibi omnes nutrimenta dicuntur, non quòd quidem animal eis, prout cibi sunt, nutriatur, sed quod si belle à calore naturali elaborentur, nutrituri sint: cū igitur cibi, quia nondum ante eorum mutationem à calore naturali factam, proprie, & vere nutrimenta non sint, quia adhuc dissimiles sunt corpori nutriendo, nutritio verò proprie dicta sit ipsa assimi-

assimilatio, hinc est, quod animalia plus crescunt proportionaliter in matrice, & tempore lactationis, quam post, ob conformitatem maiorem nutrientis, sanguinis scilicet materni & lactis, quia sanguis & lac generantur, & præparantur à calore in organis eiusdem corporis, vel secundum speciem, vel secundum naturam, ex quibus alias generabãtur; hinc etiam infertur, quod totum id quod comeditur, & bibitur, minime potest omnino assimilari corpori idest nutrire, quia in digestione propter eorum dissimilitudinem necesse est aliqua excrementa ab eis segregari, & hac de causa saltem remote, vt superius diximus, mortem naturalem tandem aduenire statutũ est; hanc igitur ne homo imprudenter præueniat, duo potissimum obseruare debet, primum vt alimentũ

sibi

sibi conueniens, & minime, quantũ fieri potest, excrementosũ ingerat, alterũ est, vt ab excrementis cõgestis cito probèq; mundificetur; alimenti verò conuenientia percipitur ex cognitione diuersitatis ciborũ & potuum, simulq; ex cognitione cuiuslibet temperamenti, nam homini temperato conuenit alimentũ in quãtitate & qualitate temperatũ, si verò à temperatura recedat, prò natura & gradu recessus, expedit etiã exhibere alimentum quod eius di-scrasiam adæquare possit, vt v. g. si picrocholo exhibuerimus ea alimenta quæ extinguunt coleram, & humectare valẽt, & si phlegmatico cõsulantur ea quæ calefaciẽdo, & exicando, superfluam cõsumant humiditatem, & sic de reliquis: sed quod potissimum dessideratur pro vita incolumi, & longeua traducenda, est

spiri-

spirituum laudatorum perpetua generatio, in his enim vita nostra residet, his anima nostra vtitur ad exercendas suas ferè diuinas operationes his deniq; homo & viuit, & bene viuit, nam si calor innatus influens dictus vtitur spiritibus tanq̃ instrumentis ad currendũ per quęq; membra, vt eorum calorẽ implantatum in vigore suo conseruet, & actuet, quomodo quælibet pars nostri corporis suo bene fungetur offitio, nisi spiritus sint boni, & laudabiles? sciendum igitur est, quod sicuti ex crassa, & terrea alimentorũ substantia corpus ipsũ hominis fingitur atq; constituitur, sic spiritus temperaturam suam & constitutionem cõsequuntur ex humorũ subtilitate, & miscella: qua idonei aptiq; efficiuntur ad vires animæ cõtinendas, quarum uirium perfectio absolutioq;

lutioq; vita ipsa est, & quamuis tres reperiantur spiritus in corpore nostro iuxta tres animæ facultates, naturalis scilicet, cuius sedes est Iecur & sanguis in venis existens, vitalis qui residet in corde, & sanguine arterioso, animalis qui in cerebro potissimũ, & neruis suas exercet operationes, nihilominus tamen compertum habetur, horum spiritũ neutrum sine alterius auxilio quicquam efficere posse, quippe si is qui à nobis naturalis dictus est, vitiosus impurusq; existat, necessario is, qui in corde arterijsq; habetur, vitalisq; appellatur, & euaporatione humorũ & sanguine alitur, vitia illa sentiet; animalis vero spiritus, qui ex vitali in retiformi vlterius elaborato perficitur, & ipse pariter compatietur, & hac potissimũ ratione Aristoteles cæteriq; summi philosophi, & na-

turæ

turę diligentes ſcrutatores dixerunt à ſanguinum differentijs tum ingenij aciem, & ſubtilitatem, tum etiã ſtupiditatem accidere, moreſq; animi, atq; animæ facultates, vt voluit Galenus proprio ſuo libro, ſanguinis temperaturam ſequi; omni igitur conatu procurãda ſunt alimenta boni ſucci, vt probi humores generentur, ex quibus ſpiritus laudabiles conficiantur, quorum ope homo ſanitate, & acri ingenio prædi-tus, ſibi, proximo, patriæ, & vniuerſo diù ſanus, & vtilis viuere poſsit.

*Hominum negligentia in cibis eligendis. Caput. Decimum ſextum.*

PRoſequamur nunc ea quæ lachrymis potius, quam lectione digna ſunt; & quis neſcit rationem alẽdi vnumquodq; cæterorum

animan-

tium esse,& diligentissime quæsitã, & preceptis traditam, prò homine verò nullam præcipuam viuendi regulã hactenus fuisse repertam? qui enim volumina eorum qui de agricultura scripsere, euoluerit, facile intelliget curã incredibilem alendo pecori adhiberi; quanto verò studio vbiq; gentium homines brutorum cibarijs consulant, nemini nõ ignotũ est: optime nouerunt rustici, alia equis, alia bobus cibaria offerri debere; sciũt quoq; aliud ouillũ, aliud caprilũ, aliud suillum pecus pabulũ expetere; addatur ꝙ nonnunquam pabula viridia, aliquando sicca esse commoda,& pro cõditione locorũ, & temporum, dari oportere dicunt; nam aliquando paleas, nonnunquã fœnum, interdum & ipsas fruges exhibent, quin etiam prò ratione laborum pecora ipsa alunt, quippe

interdum adijciunt, quandoq; consuetis cibarijs detrahunt; modus ẽt parãdi variatur, nonnullis enim macerãtur pabula, alijs verò non; præbentur quandoq; ad satietatẽ, alias minime, sed quod maxima admiratione dignũ est, iucunditatem nonnunqnam ac gratiam pabulo conciliant, nam aut mutant cibaria, quia assiduitate gratia nonnunquã exolescit, nasciturq; fastidium, aut pabulo admiscent parum salis, quo & recreantur, & ciborum auiditas augetur: insuper naturas pecorũ compertas habere conantur, nonnulla enim sunt, quæ facile negligentiam hominum sustinent, nonnulla verò difficile, aliqua etiã reperiũtur quæ mõtibus melius pascantur, alia verò campis; norunt adhæc, illo pabulo ventrem illis humidũ fieri, illo siccũ, hoc tormina concitari; homo verò

vitæ,

vitæ,& longeuæ amantissimus,pro-dolor,adeo sui ipsius negligens est & immemor,vt per quæ uiuat,scire vt plurimum negligat, homo inquã qui tanto studio brutis cibaria præparat, colligit, cuiq; omnia subiacent,bone Deus,quæ errata nõ cõmittit? ipse sine delectu cibos ingerit, putridis ac corruptis aliquando vescitur, solius saporis illecebris capitur; nescit deniq;, quæ nocua sunt, euitare dedecus profecto est homini naturam ciborũ,quibus necessario indiget,cognitã nõ habere. Plutarchus libro quo inuestigat an ratio à natura elargita sit brutis animãtibus,probare nititur,bruta plus habere rationis in sibi necessarijs,q̃ homines, quoniã illi voluptatis atq; ingluuiei illecebris capti ad omnia ferũtur, & quasi nondũ quid sibi peculiare cõueniensq; sit, cognoscãt,

omnia experiuntur & guſtãt, omnia ingurgitant, vnde Plato ob victus neceſſitatem, immenſa negotia nobis exhibere corpus teſtatur, Plinius hiſtorię naturalis author plurimũ negotij humano generi aluũ exhibere dicit, huiuſq; cauſa maximã mortalium partem cibo potiſsimum perire, neq; id aliunde quã à ciborũ ignorantia contingere. hęc igitur vt euitentur, cauendũ erit, nequid, niſi eius natura probe cognita, deuoretur, & ex cognitis melius eligatur.

*Populares morbos ab improbis cibis nõnunquam fieri. Caput. Decimumſeptimum.*

NOn inutile etiam erit clarioris doctrinæ gratia illud operi noſtro ſubnectere, quod videlicet, morbi populares mortaleſq; initia ſumant non ſolum à cæli iniuria; verum etiam à ciborum, praui-

prauitate: in annonæ enim æstuantis caritate identidẽ euenisse compertum habemus, vt qui praui succi cibis ex natura sua vescerentur, morbis grauissimis deinde corriperentur, à quibus etiam si tunc temporis euadant, reliquam tamen vitam morbosam, & breuem vt plurimum traducunt; solent enim homines in famis inclemẽtia, non domesticis tãtum herbis, & radicibus, sed agrestis oleribus, radicibus, arborũq; folijs, & germinibus, eoq; pręcipue, quia annona solet plerunq; vere incendi absũptis frugibus, qua ꝓpter homines in huiusmodi famis sæuitia sæpenumero comedũt ea, q̃ nebruta qdẽ attingere audẽt vt ferulas, tytimalos, hyosciamum & alia similia, quæ medicamenta potius, & venena sunt quã alimẽta; propterea mirũ nõ erit, si in eorum corporibus

cõgeratur atq; accumuletur ingens copia prauorũ ſuccorum, qui poſtea varias perdifficiles atq; mortales ęgritudines cõcitẽt. quia verò ciborũ prauitas alia eſt naturalis, vt ſupra diximus, alia verò acquiritur ꝑ putredinem, idcircò animaduertere oportet, cibaria natura optima, ob quoſdam putredinis modos inutilia & noxia nonnunquam reddi, veluti fruges, triticum, hordeũ, legumina, & alia quę in vſum cibarium homini veniunt; accidit enim ſæpè, vt longo tempore ſeruatã frumẽta cæteraq; ſemina putreſcant, accidit etiam vt à primo ortu rubigine deprauentur; in his ergo maxima adhibẽda eſt diligentia, alioquin plurimi & perdifficiles oriũtur morbi. habemus apud Hippocratem, eos, qui ſemiputridis leguminibus, fame vexante, veſcebãtur, cruribus debilitatos, qui verò

eruum

eruum sæpius commedissent, genu-
gra fuisse tentatos, & vertigine cor-
reptos. clarum est morbos, cõmunes
à cõmunibus oriri causis; exercitus
sanè potentes potu aquarum putri-
darũ frugumue vitiatarum vsu cõ-
cidisse ab historiarum scriptoribus
accepimus; quod si mihi fides non
præstatur, prodeat in mediũ Gale-
nus, qui, vt ipse fatetur, in iuuentute
fræquenter ęgrotabat, quoniã fru-
ctibus fugacibus ab ipso nũcupatis,
& corruptibilibus æstate pręter mo-
dum vesceretur, proinde cauendum
maxime est, ne improbi succi ciba-
ria deuorentur, à quibus tot insidiæ
valetudini hominum parantur.

*Morbi nõnullis Populis peculiares ob prauã victus ratione͂. Caput Decimumoctauũ.*

REliquum est in pręsenti, vt prò
confirmatione superioris capi-

tis quasdam enarremus ęgritudines quibusdã populis peculiares, quas tum à cæli naturali inclementia, tũ verò etiã à prauis cibis excitari luce clarius est. Elephas certè quæ lepra græcorũ est Ægipti peculiaris morbus est, præcipue tamẽ infestat Alexandrinos, qui in cibis sæpius fruũtur farina elixata, & lẽtibus quę illic copiosissime prodeunt, cochleis insuper vescuntur, & salsamenta frequẽtant, nonnulli etiam ibi asininas comedunt carnes, cæterisq; praui succi alimentis vescuntur, quę crassos & atros generãt succos, ob Cæli verò calidioris inclementiam succi dicti ad cutim euocantur, & huiusmodi morbũ omnino detestãdũ producunt, qui diutius vigens, ad posteros etiã quasi iure hære ditario pertransit. reperiuntur & alij tractus, & præcipue maritimi in Galia, qui

morbo

morbo huic obnoxij sunt, vt Britones, Nortmani, & prouinciæ Narbonensis populi, Pleumosij quoq; nũc vulgo Flandri dicti, quos hoc morbo corripi ab esu piscium liberaliori, tum potibus è frugibus corruptis confectis, lactarijsq; cibis, quibus immodice eos vti constat, ab authoribus fide dignis proditum est. Plinius historiæ naturalis author grauissimus ignotã Italiæ Elephantiasim ante Pompei magni annos constanter asserit, quo tempore nulli incertum est Ægiptiorum Alexandrinorumq; mores Romam inuasisse; carbunculum peculiarem Narbonensi prouinciæ idem testatur, & Parthis ob vitiosos cibos animam fætentem esse: gutturosos homines fæminasq; in Alpibus nonnullisque alijs regionibus, aquarum vitio, atque culpa

effici

effici cõstat. Hippocrates eunuchos podagra suo tempore minime laborare testatur sexto aphorismorum xxviij. Galenus tamẽ eius fidissimus diligentissimusq; interpres sua ætate aliter cõtingere vidit ob prauam scilicet victus rationem, incognitam etiam Italis podagram aliquando fuisse scriptis traditũ est, nunc verò ob errata in victu comissa sæuire videmus. colicus dolor Tiberij principatu irrepsit, nec quisquam, vt Plinius ait, prior ipso imperatore hoc morbo correptus fuit, nunc verò vbiq; gentium nõ sine vitæ periculo grassatur. certum est à ciborum improbitate, & illecebris vt plurimum homines his morbis corripi, & opere suo sibi talia infortunia importare, maximeq; cibo perire, nec tamẽ (tanta eorum cæcitas est) hæc animaduertunt; videmus etiam & sæpe

numero,

numero, morbos quosdã ex improuiso nasci nonnullis hominibus vel optima valetudine præditis à natura, quod quidē admiratione dignũ aliquibus visum iri non ambigimus, præsertim ijs qui ignorãt cibos per quos viuant. renũ calculo hodie plurimi corripiuntur, colo innumeri torquentur: Capitis dolores frequẽtes atq; vehementissimi, stomachi item: oculorum præterea hæbetudines, caligines ac cæcitates, digitorũ manuumq; simul ac pedum tormenta sæuissima, quorum omnium quis nõ videt, immodicum vsum ciborum prauorum authorem esse? multum ergo vitæ interest nostræ diligenter perpendere, quibus alamur cibis, nam, qualis naturæ succi fuerint, talem quoq; sanguinem, seu ipsos corporis humores præstabunt, crassos lentos, viscidos, tenues, calidos

morda-

mordaces, acres, qui in partes aliquas imbecilles delati, illicq; firmati, & morbos prædictos producunt, & dolores cõcitant intolerabiles, nã vbi sanguis carni assimilatur, siquidẽ pituita refertus fuerit, caro quoq; pituitosa fiet, si verò atra bilescateat, hãc quoq; referet, quapropter & pituitosi, & atrabiliarij morbi nascuntur, non enim idem prorsus est carnem esse, & melancholicam esse aut pituitosam, aut biliosam, aut serosam, aut aquosam: id autem clarius tibi elucescet, si reliquorũ animantium carnes diligenter perpendas, & præcipue eorum, quæ sanguinis expertia cum sint, vere ineunte nascũtur, quorum caro, vt Virgilius in bucolicis canit, herbarum virorẽ representat; quapropter homines qui nullo delectu cibos ingerunt, nullamq; rationem alimentorum
habent,

habent, probabile est non exiguas carnis mutationes sentire, variosq; morbos, nosse autem cibariorũ facultates adamussim, hominum erit vitæ supraquam cuiq; credibile est, vtile; sunt enim non morborum tantum sed & valetudinis secundæ communia præsidia.

*Non omnes omnibus conuenire cibos.*
*Caput. Decimumnonum.*

SImilia similibus conseruari voluit Galenus libro artis medicinalis Capite sexagesimo tertio, & octuagesimo sexto; nutritionẽ vero esse assimilationẽ nutrientis cũ nutrito voluit & ipse Galenus plurimis in locis pcipue verò tertio de tẽperamentis Capite primo, idcirco cibus, ad hoc vt cõseruet, & nutriat debet esse similis nutrito; verũ enim verò quia hominis temperamentum

varium eſt, varia etiam cibarijs ipſis quædã proprietas eſt, quæ huic quidem naturæ ſit conſentiens, illi verò aduerſetur. Si quis igitur aſſumat cibum ſibi idoneum, & cõuenientẽ, in ſuamq; naturam conuertat, tunc caloris huius ſubſtantia augebitur; nam cibus ex Galeno tertio de temperamentis Capite quarto in calce, ſiue calidus ſiue frigidus potentia fuerit, poſtquam in ſanguinẽ fuerit mutatus, natiuum ſemper calorem augebit, at cum ad ſanguinis formã tẽdit, calfacit ac frigefacit prò cibi ritu ſeu temperamento, propterea mirum videri nemini debet, ſi nonnulli lactucas aut portulacam comedentes, dum concoquuntur, & conficiuntur, frigidam qualitatem non paruam ſentiant, perfectis & concoctis perplene, & in ſanguinẽ conuerſis corpora eorũ calidiora euadant.

dant. ſcire enim oportet cibos omnes non ſolum pati à noſtris corpoporibus, ſed & ipſos aliquid agere: eruca ſanè deuorata manifeſte agere cernitur, eſtq; tam medicamentum, quã alimentum calidum, ſicuti lactuca frigidũ, & propterea ſi acetaria ſalubriter parare volueris, erucam lactucæ admiſcebis, vt par feruor frigori reſpondeat, nam ſi huiuſmodi calida in ventriculũ iuſto frigidiorem inciderint, prò remedio erunt, & ad æqualem temperaturã reuocabunt, dum ſcilicet concoquũtur, & in ſtomacho detinentur, nãq; ea quæ exquiſite in ſanguinem fuerint mutata, natiui caloris ſubſtantiam ſolent adaugere, ſi verò in calidiorem ventriculum ingerantur, manifeſte lædent. Theophraſtus in libris de ſtirpibus, non omnibus eadem eſſe in cibo idonea voluit, ſed

ſingulis

singulis prò sua natura singulos cibos esse à natura statutos, quod cum in multis palam sit, tum omnium ferme cõsensu in suibus aprisq; patescit, qui comedunt serpẽtes, quibus cætera moriuntur, & generi gallinaceo buffones ac colubri prò pabulo sunt, præterea araneę & ciconiæ colubres deglutiunt. Galenus noster ad proprietatem mutantis naturæ, quicquid assumitur vel medicamẽti vel nutrimenti, vel vtriusq; rationẽ sortiri voluit, quò exemplo cicutam sturno alimentum esse, homini verò venenũ asserit: coturnices suo temperamento veratrum sibi assimilare queunt, hominis verò temperies nequit. cicuta quidem homines perimit tum ob meatuum amplitudinẽ, calorisq; multitudinem, tum ob attractionis arteriarũ robur validum, sturnos verò ob causas contrarias

haud

haud necat, quia retinetur & moratur longo temporis tractu in ventriculo vbi concoqui ſinit & præparari: Plutarchus hæc perpedens ait, animalia quæ ſtomacho validiſſimo pollent, quæq; corporibus ſunt ſalu berrimis, etiam ſi ſerpentes ac ſcorpios edant, concoquere, & hos propter ſpirituum vehementiam caloremq; in alimentũ vertere, & ſicuti brutis animantibus nõ vna ratione victitare à natura comparatũ eſt, etenim omnia non ſeminibus, lactis aut carnium eſu, aut euulſis radicibus veſci voluit, ſed alia alios edere cibos; ſimiliter etiam eademmet natura hominibus diuerſitatẽ quandã in ratione victus impoſuit, quibus ſic à natura diſpoſitis, nobis ea alimẽta eligenda erũt, quę tẽperamẽto noſtro maxime cognoſcẽtur ſimilia, ijs enim vita noſtra diu incolumis producetur.

*Quæ odio habentur, maxime vitanda sunt.*
*Caput vigesimum.*

PRocedamus nunc ad ea quorum causæ multum latẽtes, sicuti ingenia plurimorum in conuiuijs pręcipue torquere solent, sic à nemine, quẽ adhuc legerim, reperiri potuere. videbis enim nõnullos à vini potu abhorrere, immo etiã eius solo odore grauiter affici; alios item à carne veruecina, alios à caseo & eius etiam odore; quosdam à piscibus, quosdam verò nusquam oua attingere, quos possem hic nominatim recensere, nisi cuiq. quotitidiana experientia id constaret; ex his tamen celebriora quædam retulisse non erit absonum: legitur in historijs rusticũ quendam abstinuisse continuo à pane, carnibus, piscibus, & caseo, solis vero ouis diu-

tius victitasse, qua de causa cognomentum Mustelæ à vulgo impositum fuit, eo quod hoc animal ouorum sit auidissimum; scriptum etiam reperitur Gallum quendam nobilitate clarissimum solo pomorum odore atq. aspectu adeo turbari, vt statim illi abeundum esset à mensa si apposita cerneret, & quod maiori admiratione dignum est, si propius naribus poma admouerentur, repente illi è naribus sanguis copiose profundebatur: nouimus præterea aurificem Mediolanensem à vino abstemium, qui in senectute constitutus, cum coli doloribus sæpe torqueretur, consilio medici primarij huius ciuitatis, bibere vinum per aliquot dies maxima cum difficultate tentauit, donec in tantam incidit abominationem, vt cum vino solidum etiam cibum statim euomeret, ad soli-

tum verò aquæ potum rediens euomere desijt: Iacobus Forliuiẽsis sua ætate in medicina vir clarissimus scripsit, non aliter solitum se cruciari ab alio commanducato, quam ab epoto veneno, quod ea sibi acciderẽt quæ solent ijs qui venena hauserũt: nõnulli deniq; Mediolanenses fide dignissimi meiq; pernecessarij à rosarum odoratu, alij alui fluxu colera dicto, alij coriza statim corripiebantur: Porrò odiũ hoc nasci ex opinione quã habemus, quod ea quæ odimus mala sint, aut in vniuersum, aut quantũ ad nos attinet, sapientes quidam existimarũt, nos verò ex antipathia particulari vniuscuiusq; temperamenti cum eo cibo nasci potius dicimus; vtcũq; tamen sit, nostri nunc est instituti vos admonitos velle, vt suprascriptis exemplis, & Hippocratis aphorismo trigesimo octauo

secun-

ſecundæ ſectionis edocti, ea quæ odio vobis à natura ſunt,& ſi ſalubria per ſe ſint, omnino reijciatis, nam ſi tantopere à voluntate noſtra renuuntur, neq; à ventriculo, ſi ingerantur, amplexabuntur, neq; concoquẽtur, ſi non concoquentur, multo minus corpori noſtro aſſimilari poterunt, atq; ita prò nutritione attrophia proculdubio ſequetur vel cachochimia.

*Simplicium ciborum vſu vitam produci. Caput vigeſimum primum.*

VVlgatum eſt ædificanti prius eſſe firma iacienda fundamẽta, alioquin quicquid ſuperſtruxeris, corruet; hoc dicto admonemur valetudinem noſtrã nõ poſſe ſtabiliri firmariq; vt diutius perſeueret, ſi fundamẽta corporis, hoc eſt ſucci quibus & nutritio & vita ipſa cõſtat, vitioſi ſint, quod haud fiet

si stomachi dispositio, qua debilitata omnes aliorum membrorum uirtutes corruunt & senescunt, bona conseruetur, conseruabitur autem, si primum satietatem quæ ab immoderata ciborum quantitate originem ducit, tanquam à facie colubri fugiant homines, notum enim est, naturam minimis acquiescere, simplicitateq; maxime gaudere: verum quia quantiras duplex à matematicis recensetur, vna scilicet continua altera verò discreta, de quantitate ciborum discreta hoc loco verba facere opere prætium duximus, quæ quidem quantitas discreta quia dupliciter consideratur, vel ratione temporis intermedij, vel ratione simplicitatis vel varietatis seu multiplicitatis, in pręsenti de ciborum simplicitate agere decreuimus, illud primum præmittentes, quod viri erudi-

eruditissimi scriptis tradidere, & ratio etiam suadet, victũ scilicet mortalium quosdam habuisse gradus, quibus à summa feritate ad humaniorem primo, & vrbaniorem deuentum est, postremo verò ad luxuriæ summitatem ascendit. primi homines in syluis ac nemoribus versabantur, illicq; quæ inculta terra vltrò producebat, comedebant, constat enim glandiferas arbores mortalium tunc nutrices extitisse, deinde ex hac vita in secundam descenderunt pastoriciam scilicet, nam ex animalibus propter eandem vtilitatem, quæ possent, deprehenderunt, concluserunt, atq, mansuefecerunt; ouesq; primum elegisse fertur, tum propter vtilitatem, tum propter mansuetudinem, aptissimæ enim omnino sunt ad vitã humanam, ad cibos nempe lac, caseum simul & butirum sub-

ſubminiſtrant; ad corporis verò ope rimentum & tutelam à frigore, vellera attulerunt: tertio deniq; loco à vita paſtoricia ad agriculturam deuentum eſt, in qua ex ſuperioribus gradibus multa retinuiſſe conſtat, & eam maxime commodã vitæ fuiſſe ſatis ſuperq; conſtat; illis enim ſæculis nihil utilius, nihilq; iucundius excogitabant, quam agros ſtudioſe excolere, illumq; maxime laudatum exiſtimabant, quẽ bonum colonum dixiſſent: haud dubium certe eſt, aurea illa ſæcula vere extitiſſe, in quibus tam ſimplici & innocenti victu mortales vterentur, ijs videlicet quę benigna tellure prouenirent, veſcentes; verum vt cuncta omnia à bono principiò orta, vitaquoq; ad nimium peruenit, aureumq; illud genus ſublatum eſt, & ad poſtremum gradum luxuriæ ſcilicet peruentum,

immo qui in præsenti ciborum varie tati & luxui fauent, illa sæcula ferrea fuisse contendunt, hanc verò vltimam vitam mitiorem & humaniorem prædicant; sed quantum hi à recto aberrent tramite nũc videamus, certum est illa sæcula aurea dicẽda esse, maximeq; æstimanda, in quibus homines incolumes diutius vixerent, Bone Deus, quis nescit primis illis sæculis hoĩes centum annos ferè omnes superasse, immo aliquos nouem centum annos etiam excessisse, hoc verò nisi ex simplicitate ciborum & parcitate euenisse censendum non est; huius autem rei exempla petere possumus à Paulo primo eremita, Antonio, cæterisq; plurimis sanctis, qui se Deo in solitudine dedicauere, vbi solo pane aut alio simplici cibo vescentes, vitam longissimam incolumes traduxerunt

cete-

ceterum Horatij vitiorum acerrimi castigatoris ac censoris carmina de victu moderato audiamus.

*Accipe nunc victus tenuis quæ quantaq; secū*
*Afferat imprimis valeas bene, nam variæ res*
*Vt noceāt homini, credas, memor illius escæ*
*Quæ simplex olim tibi sederit. at simul assis*
*Miscueris elixa; simul conchylia turdis:*
*Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum*
*Lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis*
*Cæna desurgat dubia? quin corpus onustū*
*Hesternis vitijs animum quoq; prægrauat vna:*
*Atq; affigit humo diuinæ particulā auræ*
*Alter vbi dicto citius, curata sopori*
*Membra dedit: vegetus præscripta ad munia surgit.*
*Hic tamen ad melius poterit transcurrere*

quon-

*quondam*

*Siue diem festum rediens, adduxerit annus*

*Seu recreare volet tenuatum corpus: vbiq;*

*Accedent anni: & tractari mollius ætas*

*Imbecilla valet. sibi quidnã accedet ad istã*

*Quam puer & validus præsumis, mollitiem? seu*

*Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?*

HActenus ille libro secundo sermonum satyra secunda. Quis quæso philosophus, quis medicus, quis deniq; Theologus verius de sobrietate, de ciborũ simplicitate, & luxus contemptu, scribere potuit? tibi tamen candide lector breuitatis causa, cætera quæ nõ ascripsimus, diligenter legenda consulo & memoriæ seruanda, etenim ciborum sui tẽporis luxuriam & indicat,

dicat, & indicatam seuera mordet censura, quanquam sub imperio Au gusti vixerit, qui vitæ suæ seueritate atq; temperantia luxum maxime diminuit: quod si hæc nõ sufficiunt prò amouendis animis nostris à tanto vi uendi luxu, proponantur tandem oculis nostris animalia ipsa bruta, quæ solo Naturæ instinctu requiren da requirunt, & fugienda fugiunt, immo quæcunq; animalia sunt pulchrioris adolescentiæ, & longioris vitæ, ex simplicibus & paucioribus cibis viuunt, & semel saturata, alios sibi propositos renuunt, solaq; mota fame cibum sibi procurant: homo verò, cuius nunquam satiatur animus, nec ambitione perficitur, abusus arbitrij, rationabilitatemq; ferè oblitus, quodcunq; è voluntatis procedit imperio, totum sibi licitum esse putat, quærit omnia

gulæ

gulæ irritamenta, quæ ganeoſorum portentiſſima ingenia excogitarunt, & comenta ſunt, fitq; inde, vt ſæpenumero prò ciborum varietate, eorumq; in ventriculo corruptione in mille morborum genera incidant homines, & mille modis morte immatura præueniantur, vt voluit Galenus libro de ſalubri dieta comento 22. aliunde verò hoc euenire non puto, niſi quia diuitiarum multiplicata mundo fæcunditas & copia rerum docuerunt homines poſſidere delitias, delitiæ autem mutando mores, & animos mollien do, naturali hominum diſpoſitioni adduxerunt præuaricationem, & ideo optimo iure Senecam dixiſſe, quod multi coci varios multiplicando cibos, in eiſque adulteria querendo, multas faciunt ægritudines, multæ autem ægritudines ipſum

calo-

calorem naturalem eneruando vitã breuiorem reddũt. hactenus exemplis ciborum simplicitatem probauimus, rationes autem, quibus ciborum varietas atq; multiplicitas in vnica mẽsa damnanda sit, nũc adducere non absonũ à ratione erit: licet quidem panem reliquis admiscere alimentis, vt potè qui ob similẽ maxime sui ipsius cum corpore humano temperiem & sympathian familiaris sit naturæ nostræ, rarissimeq; ob id homini abominabilis fiat, at si piscibus carnes misceantur, aut legumina carnibus, aut hæc omnia simul, malum est, & valetudini maximè perniciosum, ex alimentis enim alia facile putrescunt, vt fructus fugaces, alii verò difficile, vt caseus carnes &c. quædam frigida sunt quædam verò calida, alia biliosa, alia verò pituitosa, aut serosa, alia deniq;

niq; sunt quæ cito concoquuntur, alia verò tarde; quapropter si quæ corruptibilia sunt aut cito concoquuntur, diutius retineantur, corrumpentur & putrefient, si verò natura ea statim cocta expellere conetur, cruda coctis simul expellentur ad intestina vel Iecur, ex quibus magnæ obstructiones, intensissimi dolores coli aut Ilij, nephritides, lienteriæ, & alij innumerabiles morbi fiunt, qui vitam hominũ non solummodo breuem, sed morbosam etiam ipsam & miserabilem per aliquod temporis spatium reddunt; huius rei veritatẽ annuit Macrobius libro septimo saturnalium, Seneca idem probat, dum ad Lucillum scribit, multos & varios cibos multos morbos procreare dicens; Plinius quoque historicus lib. vndecimo Capite quinto, cibum simplicem maxime

lauda-

laudauit, quia non famelicos ad edendum non alliciat.

*Repletionem vltimam mortem accelerare. Caput vigesimum secundum.*

VAriEtatem ciborum superiori capite damnauimus, reliquum est nunc vt consideremus quanti sit vitæ detrimenti ciborum superflua repletio; quæ quantitas continua est & insatiabilitas dicitur, hæc enim si sæpius frequentetur, adeo uim caloris natiui eneruat, vt quæ deuorata sunt, quo laubabilioris sunt succi, in humores prauiores conuertantur: hac de causa vulgo pro verbo habetur, quod omnis repletio mala est, panis vero pessima, idq; iure merito euenire patet, nam cibus ingestus si male à natura reguletur necesse est corrumpatur, corruptio autem cũ sit priuatio formæ

mæ rei cuius est corruptio ex Aristotele. 1. de generatione, & corruptione, efficit, vt quod corrumpitur, suo esse formali priuetur, & quicquid boni in generatione acceperat, totum deperdatur, panis ergo ex tritico præcipue diligenterq; confectus, quia ob eius temperiem naturæ humanæ maxime assimilatur, hinc fit, vt si forte fortuna in corpore humano corrumpatur, maxime à natura hominis elongetur, hac igitur ratione panis repletio, & cuiuscunq; rei humanæ naturæ persimilis pessima censetur, quod etiam Hippocrates lux medicorum, eiusq; interpres Galenus in aphorismis non tacuerũt, primo enim aphorismorũt aphorismo secundo ait Hippocrates, habitus exercitatorum qui ad summũ bonitatis attingũt periculosi si in extremo cõstiterint, Galenus verò in

comento reddens huius rei rationem, ait, eos ob nimiam repletionẽ, nec ſanos, nec diu viuere poſſe, quia dum vaſa ſanguine cibis, & potibus ſupra modum fuerint repleta, alterum duorũ ſuperuenire neceſſe eſt, vt ſcilicet aut vaſa diſrumpãtur, aut calor naturalis multitudine ſuffocatus extinguatur, vt ſępe videre eſt in ijs qui morte repentina intereunt ex Hippocrate ſecundo aphoriſmorum, aphoriſ. xvij. & ex Galeno in comento, & libro de cognoſcendis curandiſq; morbis capite nono, & libro de cauſis morborũ capite tertio; vel tandẽ, ſi calor naturalis non extinguitur, ita ſaltem debilitetur, vt ex eo cruditates, & conſequenter corruptiones proueniant: nõ defuerunt qui probare conati ſunt vitium voracitatis à natura quibuſdam inſeri, quod quidem nos quoq; non

nega-

negamus, certum est enim alios alijs à teneris edaciores esse, eos tamen vitę processu atq; instituto moderatiores fieri consulimus, etenim viuendi instituta, ac longæ consuetudines vel impellunt, vel cohibent prauos mores, quos ex nimia repletione oriri necesse est, animæ enim eorum nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutæ nihil tenue, nihil cæleste, semperq; de ingluuie cogitant. esset hic locus eos omnes recesere qui in voracitate excellentes ab historicis celebrati fuere, sed ne tedio vel potius nausea sobrius lector afficiatur, duo tantum vel tria ad summum exempla in medium afferam, sumpto exordio ab ipso tantopere decantato Milone, qui vno conuictu carnis pondò viginti, totidemq; panis vorasse creditur, vini verò tres choas exsiccasse,

quin & taurũ viuũ in olympia humeris suis circumtulisse stadij vnius curriculo prædicatur, ipsũq; postea pugno mactasse, & die vno totum vorasse. Theagenes thasius athleta taurum solus vno die pariter edebat. Astidamas deniq; athleta Milesius, qui ter in Olympia victor euasit, quantum nouem alijs hominibus satis esset, deuorabat, & sæpenumero omnia quæ apud Ariobarzanem Persarum regem in conuiuio parata offenderet, solus absumebat, digna hercle gula Harpijs rapacibus; hi sunt homines, qui priscis temporibus vna cum multis alijs palmam voracitatis adepti fuerunt, nũc fraudandi nõ sunt gloria sua mores nostræ ætatis, in qua innumeri longe recedẽtes à sapientissimi Socratis sẽtẽtia, viuũt vt edãt, nõ autem edunt vt viuant, vnde illis sæpe con-

contingit, vt nimium edere volẽtes, morte immatura inde præuẽti, pauca tandẽ edere cogantur. certũ est homines tũc bene, salubriter diuq; victuros, si ventri atq; gulę vasis corporis infimis nõ obtemperarint, sed eorũ intẽperatis cupiditatibus, & importunis interpellationibus fortiter obstiterint, at eorũ caussa maior mehercule mortaliũ pars viuit; horum gratia auaritia expetitur, luxuria his cõditur, his ad indos nauigatur, vt quærãtur peregrina obsonia: horũ gratia profundissima exquiruntur maria, quin, nulla sunt montiũ iuga, nullæ rupes, nulla claustra quæ non quęrantur & transcẽdãtur, infringanturq; vt venter saginetur. O mores hominũ pstratissimi? venimus eo, vt maxime ciborũ quãtitate nimia pereamus: hinc numerosissimum illud morborum agmen ac satellitium nouũ, q in dies gulæ culpa emergit:

Christus Dominus nonne nobis exẽplum vitæ prodidit, nonne prodiderũt & Apostoli totq; sancti viri illius imitatores. cur ergo tãta ingluuies? cur tanta voracitas? forsitan vt diutius viuamus? iam superius probatũ est ex nimia repletione sequi corruptionem, mortem repentinam, virtutum oppressionem, & huiusmodi. quid ergo inde sperandum? vt vita & morbosa & breuior solito reddatur.

*Cibis exteris & peregrinis vitã abbreuiari. Caput vigesimum tertium.*

NOn possum certe nõ maxime probare vitam urbaniorem & liberaliorem, quæ frugibus repertis, glandes fructusq; alios syluarum feros & agrestes hominũ cibis abdicauit, immo eorum primos inuentores & cultores summo

hono-

honore à maioribus affectos esse credere licet; sed quantum postea hæc vita profuerit, quantumq; hominum solertia eá auxerit, satis superq; patet; id autem vitio vertere mortalibus, & luxui adscribere æquum non est: negari certe nequit, non aliorum quam hominum causa antiquam sed benignam parentem terram, frugum omnium genera cũ maxima largitate fundere, vitium præterea atq; oliuetorum vbertimos lætissimosq; fructus nihil omnino ad bestias pertinere; quin pomorum copiam tantam, varietatemq; & suauem eorum non gustatum solum, sed odoratum etiam, & aspectum existimare brutorum causa donatum à mundi conditore impium planè videretur, nam & ipsa bruta humani generis gratia esse creata & generari ex sacræ scripturæ princi-

pio Genesis inscripto certum est suem equidem, quod erat ad vescendum maxime apta, fæcundissimũ genuit natura: quis quæso tot auiũ genera frustra data esse arbitraretur? quis illam multitudinẽ suauitatẽq; piscium? quippe & immanes feras & beluas venari natura mortales docuit, vt ijs quoq; vescerentur: porrò neq; serendi, neq; colendi, neque tempestiue demetendi percipiendique fructus, neque condendi, vlla pecudum scientia est, sed earum rerum omniũ vsus & cura hominum est; confitendumq; erit ea parata esse solis ijs, qui vti sciunt. nos igitur medico iudicio censemus vere atq; eleganter humaniorem, nitidiorem, liberalioremq; victus rationem esse, quæ salutari frugũ inuento ad vitam sustinẽdã vtitur, quæq; cæteros cibos supra citatos mo-

dice

dice ingerit vſurpatq; at ad extremos indos currere alui cauſa, maris nonnunquã terræq; laboribus, frigoribus, æſtibus, quinimo & infinitis mortis periculis hominẽ ſe committere vt gulæ ſuæ ſatisfacere poſſit, omnino à ratione alienũ puto; abſurdius verò ſimulq; admirabilius eſt homines nõnullos reperiri, quorũ impudentia (ne dicã inſania) eo peruenit, vt ẽt cibis exteris pegrinisq; quos ipſa natura Dei miniſtra incolis ſuis veſcendos parauerat, ipſi maximis expẽſis veſci velint: bone Deus, q̃ iſtos demẽtia cępit, ſi Deus & natura (quorũ propriũ eſt nihil facere fruſtra) eos cibos noſtris tẽperamẽtis aptos vtilesq; cognouiſsẽt, haudquaquã certe nobis denegaſsẽt; verũ quia prò cæli terræ & clymatum tẽperamento natura homines, bruta, olera, cęterosq; fructus producit
inde

inde sequitur necessario, vt quæ ali menta natura parauit vnius regionis incolis, cæteris noxia quoquomodo futura sint: mirum igitur nemini videatur, nouos qnotidie, & priori æuo incognitos accidere morbos, & externis in alias transferri terras, cum etiam ratio viuẽdi noua vsurpetur, & ex alieno orbe in nostrum inuehatur. quid enim ab indis petimus cibos, nisi & contagionẽ ab ijs speremus? vnde quæso morbus ille, quem gallicum, & Neapolitanũ atq; Hyspanum nuncupant, primum initia sumpsit? Profecto nouo patefacto orbe, & cibis moribusq; illorum populorum ad nos translatis, necesse etiam fuit pestes illas sentire. deniq; si aliarum multarum regionum sterilitatem paupertatẽq; spectemus, optima ratione dicere poterimus, naturam illis nouercam no-

bis

bis verò matrem maxime beneuo-lam extitisse; deficiunt ne nobis car-nes laudatissimæ, frumenta selectissi-ma, aues & pisces suauissimi, fructus gustui sapidissimi, oculo verò pul-cherrimi, vina redolentia, & suaui-tate pretiosissima, vt etiam extera alimenta ad nos aduehi procure-mus? absit absit longe tanta cupidi-tas & ingluuies à cordibus nostris, & quæ natura nobis copiosissime elar-gita est, sufficiant.

*Ordinem in cibando valetudini pernecessa-rium esse. Caput vigesimum quartum.*

OMnibus in rebus ordinem re quiri voluit Aristoteles se-cundo de generatione & cor ruptione textu quinquagesimo sep-timo; impossibile simul esse rem quampiam formam recipere si ordi ne careat, placuit Auerroi secundo

cæli

cœli comento xxij. propterea Galenus tertio de symptomatum causis capite primo optima ratione decreuit concoctionem ciborum in ventriculo ordine non seruato bene celebrari nõ posse; qui ordo cũ maxime in cibis ingerendis seruandus sit ex mente Galeni cæterorumq; omniũ antiquorũ, tum maxime hoc nostro seruari debet sæculo, quo nõ in conuiuijs solummodo, sed & in quotidianis mẽsis ciborum varietatem fræquentari videmus. ceterũ quia ordo est relatio secundum prius & posterius, tunc eum in cibando sedulo seruabimus, si primũ Hippocratis sententiã obseruabimus, dum in sexto de morbis vulgaribus ait, labor cibus, potus, somnus, venus omnia moderata, deinde si quæ cibaria præmittenda sunt, præmittantur, & quæ postponenda, postponantur; hæc autem

tem


tē cuiq; patebūt, si primū intelligatur ventriculū duabus præcipuis partibus cōstare, inferna vna, quæ mediante pyloro cū intestinis cōmittitur, & cū multa cōpacta sit carne, & à portione Iecinoris etiā foueatur, calidior idcirco & potentior ad digestionē euadit; superna altera cōstat stomacho nuncupata, quæ cū sit multū neruosa, & carne ferè destituta, nec ab vllo viscere foueatur, frigidior etiā reperitur, & ad digerēdū debilior. his prælibatis ad cibaria nūc deueni re tēpus erit oportunū: hæc igitur alia sūt facilis, alia difficilis corruptionis, quæ facilis sunt corruptionis, ea præmittenda esse cōsulit Galenus tertio de ratione victus in acutis morbis comento 22. exēplo mulsæ seu melicrati, quod est aqua melli admixta, quę eo cōsulēte præcedere debet ptisanam in ingerendo: insuper cibaria alia sunt lubrica & facilis descen-

descensus, vt malua blitis, & fructus hortei fugaces dicti, alia verò sunt stiptica & diutius in ventriculo permanẽtia; lubrica & facilis descẽsus cibaria præmittenda esse, stiptica verò postponenda voluit Galenus libro de dissolutione continua, & secundo de alimentorũ facultatibus capite decimo, nam si stipticis præmissis ordo peruertatur, tunc ait ipse Galenus, cibaria non descendunt sed potius corrumpuntur, quia lubrica postposita cum prius digerantur, à stipticis præmissis impedita adhuc in Ventriculo post suam digestionẽ permanent & corrumpuntur, suaq; curruptione corrumpunt simul etiã alia cibaria prius ingesta; rursus cibaria alia sunt subtilia & facilis digestionis, alia verò grossa & difficilis digestionis; grossa & difficilis digestionis præmitti, subtilia ve-

rò & facilis digestonis postponi voluit idem Galenus eodem libro de dissolutione continua; hanc tertiam regulam absolute à Galeno acceptam, excelletissime limitauit Hali Abbas primo practicæ Capite sexto titulo de ordine ciborum, cui elegan ter subscripsit Gentilis fulginatus com. cap, tertij tractatus tertij sen decima tertia libri tertij Auicennę; voluerunt namq; viri isti celeberrimi quod si pauca differentia fuerit inter cibaria grossa & difficilis digestionis, & subtilia facilisq; digestionis V.G. inter carnes pullinas & hędinas, aut vitulinas, tunc regulam à Galeno traditam obseruandam esse ob rationem superius traditam, quia scilicet pars inferna vētriculi, vt calidior, potentior etiam est ad digerendum, si verò multa sit diuersitas, vt inter carnem pullinam &

vac-

vaccinam, tum cibus ſubtilis & faci lis digeſtionis præmittendus erit, alioquin longiorem moram in ventriculo trahens corrumpetur, ſuaq; corruptione cætera etiam prius ingeſta ſimul corrumpet. ecce candide lector quanta ex ordine in cibis perturbato abſurda ſequuntur, quod ex eo ineuitabile damnum valetudini mortalium comparatur. caueant igitur homines, ſi incolumes & diu viuere cupiunt, vt vel ſimplicia (quod magis approbo) ſin minus, ſaltem ordine non peruerſo, cibaria inter ſe diuerſa ingerantur, parum enim refert, ſi cibaria ſelecta & ſedulo præparata cibaria procurentur, ordo verò in eis peruertatur.



Con-

*Consuetudinem in cibando pro morte retardanda plurimum posse. Caput vigesimumquintum,*

POST ordinem sequitur consuetudo, quàm nõ in cibis solũ, sed & in alijs quoq; rebus plurimum valere pro sanitate tuenda, & vita producenda voluit Hippocrates octauo in sextum de morbis vulgaribus particula trigesima. & Galenus proprio de consuetudine libro, quæ enim insueta sunt, valetudinem facile tẽtant, id quod peregrinantes magno suæ valetudinis detrimẽto sæpius experiuntur, neq; solũ in hominib⁹ id spectatur, sed & in pecoribus quoq; : nõ cõsueta .n. cibaria plerũq; tota armẽta, totosq; greges perdiderunt : in india Alexãdri magni exercitùm cũ equitatu nouitate ciborũ penè deletũ hystorici prodiderunt, nec tamen ij cibi

incolis, quia consueti, minime pesti feri sentiebantur; qui nostra memoria de situ orbis indici scripsère, varijs grauibusq; morbis affectos prodiderunt eos qui illuc penetrarant, tum ob cæli mutationem, tum verò præsertim ob ciborum quorundam esum, quibus incolæ innocue vescebantur. Theophrastus testatur plurimos, cum ignotas radices dulces suauesq; esitassent, repentina morte cecidisse: at mirabilius fortasse videbitur, quosdam veneris cibatos diutius superuixisse. Mitridates maximus suo tempore regum si Plinio fides præstanda est, quotidie venenum haurire solebat, vt consuetudine innoxium fieret, eoq; pacto tutũ corpus aduersus venenorũm periculum reddidit: huius rei noster quoq; Galenus mentionem fecit; Paulus item ægineta, atq; Aulus gellius: porrò

porrò Galenus testis est mulierem quandam annosam atheniensem, quæ eo nomine egregie celebratur, quod cicutam innoxie biberet, hæc ab initio cicutæ momentum bibens ad liberalissimum haustum progressa sine vllo valetudinis detrimento diu superstes vixit: nonnulli etiam puellam quandam herba venenosa educatam diutius vixisse prædicant; Theophrastus pariter testatur quosdam tantum hellebori esitasse quantum manipuli duo capere valent, nihilq; ab eo affici; absinthium maxima in orbis parte pecora non solum pascuntur, sed ne attingunt quidem; Pontica verò pecora eo & pinguescunt, & pulchriora redduntur: manifestum igitur est optimo iure dictũ fuisse à philosopho, consuetudinem esse veluti quandam ascititiam naturam; verissimumq; etiam esse quod

pio Genesis inscripto certum est suem equidem, quod erat ad vescendum maxime apta, fœcundissimũ genuit natura: quis quæso tot auiũ genera frustra data esse arbitraretur? quis illam multitudinẽ suauitatẽq; piscium? quippe & immanes feras & beluas venari natura mortales docuit, vt ijs quoq; vescerentur: porrò neq; ferendi, neq; colendi, neque tempestiue demetendi percipiendique fructus, neque condendi, vlla pecudum scientia est, sed earum rerum omniũ vsus & cura hominum est; confitendumq; erit ea parata esse solis ijs, qui vti sciunt. nos igitur medico iudicio censemus vere atq; eleganter humaniorem, nitidiorem, liberalioremq; victus rationem esse, quæ salutari frugũ inuento ad vitam sustinẽdã vtitur, quæq; cæteros cibos supra citatos mo-

dice ingerit vsurpatq; at ad extremos indos currere alui causa, maris nonnunquã terræq; laboribus, frigoribus, æstibus, quinimo & infinitis mortis periculis hominẽ se committere vt gulæ suæ satisfacere possit, omnino à ratione alienũ puto; absurdius verò simulq; admirabilius est homines nõnullos reperiri, quorũ impudentia (ne dicã insania) eo peruenit, vt ẽt cibis exteris pegrinisq; quos ipsa natura Dei ministra incolis suis vescendos parauerat, ipsi maximis expẽsis vesci velint: bone Deus, q̃ istos demẽtia cępit, si Deus & natura (quorũ propriũ est nihil facere frustra) eos cibos nostris tẽperamẽtis aptos vtilesq; cognouisset, haudquaquã certe nobis denegasset; verũ quia prò cæli terræ & clymatum tẽperamento natura homines, bruta, olera, cęterosq; fructus producit inde

inde ſequitur neceſſario, vt quæ alimenta natura parauit vnius regionis incolis, cæteris noxia quoquomodo futura ſint: mirum igitur nemini videatur, nouos qnotidie, & priori æuo incognitos accidere morbos, & externis in alias transferri terras, cum etiam ratio viuẽdi noua vſurpetur, & ex alieno orbe in noſtrum inuehatur. quid enim ab indis petimus cibos, niſi & contagionẽ ab ijs speremus? vnde quæſo morbus ille, quem gallicum, & Neapolitanũ atq; Hyſpanum nuncupant, primum initia ſumpſit? Profecto nouo patefacto orbe, & cibis moribuſq; illorum populorum ad nos tranſlatis, neceſſe etiam fuit peſtes illas ſentire. deniq; ſi aliarum multarum regionum ſterilitatem paupertatẽq; ſpectemus, optima ratione dicere poterimus, naturam illis nouercam no
bis

bis verò matrem maxime beneuolam extitisse; deficiunt ne nobis carnes laudatissimæ, frumenta selectissima, aues & pisces suauissimi, fructus gustui sapidissimi, oculo verò pulcherrimi, vina redolentia, & suauitate pretiosissima, vt etiam extera alimenta ad nos aduehi procuremus? absit absit longe tanta cupiditas & ingluuies à cordibus nostris, & quæ natura nobis copiosissime elargita est, sufficiant.

*Ordinem in cibando valetudini pernecessarium esse. Caput vigesimum quartum.*

OMnibus in rebus ordinem requiri voluit Aristoteles secundo de generatione & corruptione textu quinquagesimo septimo; impossibile simul esse rem quampiam formam recipere si ordine careat, placuit Auerroi secundo

cæli comento xxij. propterea Galenus tertio de symptomatum causis capite primo optima ratione decreuit concoctionem ciborum in ventriculo ordine non seruato bene celebrari nō posse; qui ordo cū maxime in cibis ingerendis seruandus sit ex mente Galeni cæterorumq; omniū antiquorū, tum maxime hoc nostro seruari debet sæculo, quo nō in conuiuijs solummodo, sed & in quotidianis mēsis ciborum varietatem fræquentari videmus. ceterū quia ordo est relatio secundum prius & posterius, tunc eum in cibando sedulo seruabimus, si primū Hippocratis sententiā obseruabimus, dum in sexto de morbis vulgaribus ait, labor cibus, potus, somnus, venus omnia moderata, deinde si quæ cibaria præmittenda sunt, præmittantur, & quæ postponenda, postponantur; hæc autem

tem

tē cuiq; patebūt, si primū intelligatur ventriculū duabus præcipuis partibus cōstare, inferna vna, quæ mediante pyloro cū intestinis cōmittitur, & cū multa cōpacta sit carne, & à portione Iecinoris etiā foueatur, calidior idcirco & potentior ad digestionē euadit; superna altera cōstat stomacho nuncupata, quæ cū sit multū neruosa, & carne ferè destituta, nec ab vllo viscere foueatur, frigidior etiā reperitur, & ad digerēdū debilior. his prelibatis ad cibaria nūc deueni re tēpus erit oportunū: hæc igitur alia sūt facilis, alia difficilis corruptionis, quæ facilis sunt corruptionis, ea præmittenda esse cōsulit Galenus tertio de ratione victus in acutis morbis comento 22. exēplo mulsæ seu melicrati, quod est aqua melli admixta, quę eo cōsulēte præcedere debet ptisanam in ingerendo: insuper cibaria alia sunt lubrica & facilis descen-

descensus, vt malua blitis, & fructus hortei fugaces dicti, alia verò sunt stiptica & diutius in ventriculo permanētia; lubrica & facilis descēsus cibaria præmittenda esse, stiptica verò postponenda voluit Galenus libro de dissolutione continua, & secundo de alimentorū facultatibus capite decimo, nam si stipticis præmissis ordo peruertatur, tunc ait ipse Galenus, cibaria non descendunt sed potius corrumpuntur, quia lubrica postposita cum prius digerantur, à stipticis præmissis impedita adhuc in Ventriculo post suam digestionē permanent & corrumpuntur, suaq; corruptione corrumpunt simul etiā alia cibaria prius ingesta; rursus cibaria alia sunt subtilia & facilis digestionis, alia verò grossa & difficilis digestionis; grossa & difficilis digestionis præmitti, subtilia ve-

rò & facilis digestonis postponi voluit idem Galenus eodem libro de dissolutione continua; hanc tertiam regulam absolute à Galeno acceptam, excelletissime limitauit Hali Abbas primo practicæ Capite sexto titulo de ordine ciborum, cui elegan ter subscripsit Gentilis fulginatus com. cap. tertij tractatus tertij fen decima tertia libri tertij Auicennę; voluerunt namq; viri isti celeberrimi quod si pauca differentia fuerit inter cibaria grossa & difficilis digestionis, & subtilia facilisq; digestionis V.G. inter carnes pullinas & hędinas, aut vitulinas, tunc regulam à Galeno traditam obseruandam esse ob rationem superius traditam, quia scilicet pars inferna vētriculi, vt calidior, potentior etiam est ad digerendum, si verò multa sit diuersitas, vt inter carnem pullinam &

vaccinam, tum cibus ſubtilis & faci lis digeſtionis præmittendus erit, alioquin longiorem moram in ventriculo trahens corrumpetur, ſuaq; corruptione cætera etiam prius ingeſta ſimul corrumpet. ecce candide lector quanta ex ordine in cibis perturbato abſurda ſequuntur, quod ex eo ineuitabile damnum valetudini mortalium comparatur. caueant igitur homines, ſi incolumes & diu viuere cupiunt, vt vel ſimplicia (quod magis approbo) ſin minus, ſaltem ordine non peruerſo, cibaria inter ſe diuerſa ingerantur, parum enim refert, ſi cibaria ſelecta & ſedulo præparata cibaria procurentur, ordo verò in eis peruertatur.



Con-

*Consuetudinem in cibando pro morte retardanda plurimum posse. Caput vigesimumquintum,*

POST ordinem sequitur consuetudo, quàm nõ in cibis solũ, sed & in alijs quoq; rebus plurimum valere pro sanitate tuenda, & vita producenda voluit Hippocrates octauo in sextum de morbis vulgaribus particula trigesima. & Galenus proprio de consuetudine libro, quæ enim insueta sunt, valetudinem facile tẽtant, id quod peregrinantes magno suæ valetudinis detrimẽto sæpius experiuntur, neq; solũ in hominib⁹ id spectatur, sed & in pecoribus quoq; : nõ cõsueta .n. cibaria plerũq; tota armẽta, totosq; greges perdiderunt : in india Alexãdri magni exercitùm cũ equitatu nouitate ciborũ penè deletũ hystorici prodiderunt, nec tamen ij cibi

 incolis,

porrò Galenus testis est mulierem quandam annosam athenienfem, quæ eo nomine egregie celebratur, quod cicutam innoxie biberet, hæc ab initio cicutæ momentum bibens ad liberalissimum haustum progressa sine vllo valetudinis detrimento diu superstes vixit: nonnulli etiam puellam quandam herba venenosa educatam diutius vixisse prædicant; Theophrastus pariter testatur quosdam tantum hellebori esitasse quantum manipuli duo capere valent, nihilq; ab eo affici; absinthium maxima in orbis parte pecora non solum pascuntur, sed ne attingunt quidem; Pontica verò pecora eo & pinguescunt, & pulchriora redduntur: manifestum igitur est optimo iure dictũ fuisse à philosopho, consuetudinem esse veluti quandam ascititiam naturam; verissimumq; etiam esse quod

pro verbo dicit, ab assuetis passionē vel non fieri, vel non tantam saltem fieri; qua ratione fit etiam nonnunquam, vt pleraq; medicamenta assuetudine, & longo vsu naturam suā vimq. amittant, nec ideo amplius sint assuetis medicamenta, immo cū à natura eorum debellātur atq; cōficiuntur, iam medicamenta esse desinunt, & alimentorum naturam induunt. hæc igitur cum ita sint, pro vita salubri longaq; ducēda, erit nobis consuetudinis ratio plurimū habenda, ne scilicet ab assuetis ēt aliquātulū noxijs repente, sed sensim recedamus, cuius rei rationem crediderim ego esse, qa natura nostra subitas non patitur mutationes, qua ēt ratione ductus Hippocrates secūdo aphorismorū aphorismo quinquagesimo ait, quę ex longo tēpore cōsueta sunt, etsi deteriora sunt, insuetis

minus molestare solent, quā senten tiam Galenus in comento voluit intelligendam, & obseruandā esse nō in cibis soum, sed & in aere, somno, vigilia, cæterisq; rebus non naturalibus, de quibus verba partim fecimus, partim facturi sumus.

*Tempus in cibando oportunum valetudini maxime amicum. Cap. XXVI.*

NIhil etiam aut certe parum homini intererit ordinem in cibis seruasse, vt diu superstesq; viuat, nisi in cibando oportunitas tē poris simul contempletur, & contēplata obseruetur; tempus autem cū numerus sit secundum prius & posterius ex Aristotele quarto physicorum textu centesimo primo, tunc cibandi tempus potissimum oportunum erit, cum quæ ante, & post ciborū oblationem agenda sunt, obseruata viderimus: quæ igitur ante

cibum conſiderantur, aut inſunt corpori noſtro, aut extrinſecus adveniunt; noſtro inſunt corpori excrementa fæculenta, quæ è corpore expellenda veniunt priuſquam nouus cibus ingeratur ex Hippocrate & Galeno primo de ratione victus in morbis acutis particula & comento trigeſimo ſecundo; noſtro etiam ineſt corpori bilis flaua, qua Ventriculus, ſi longo ieiunio detineatur, facile repletur, ex Galeno ſecundo de temperamentis capite ſexto, & niſi ea euacuetur, ſuccedens corrumpitur cibus, vt placuit Hali filio Abbatis libro primo ſuæ practicæ capite ſexto. ineſt quin etiam cibus prius ingeſtus, quò in ventriculo adhuc exiſtente, nouum ſumere cibum rationi abſonum eſt, corrumpitur enim, & cachochimia multa in venis coaceruatur ex Galeno plurimis in

locis, præcipue verò tertio de symptomatum causis cap. 1. & primo in librum Hippocratis de ratione victus in morbis acutis comento trigesimo secundo, differenda ergo erit cibatio quoad ventriculus fuerit à præcedenti cibo omnino mundificatus, hoc autem nemini haud notum erit, si vrinæ apparuerint coloratiores, & fames adfuerit: quæ ante cibum extrinsecus considerantur, labores sunt, qui pro natura & cuiusq; consuetudine augeri, aut minui debenr, insuetis enim laborem haud conuenire sensit Galenus quinto de sanitate tuenda capite vndecimo calcem versus. cæterum quæ post cibum considerantur alia similiter nostro insunt corpori, alia extrinsecus adueniunt, nostro superuenit corpori somnus, qui quamquam post sumptam cibum probari videatur ab

Hippocrate ſexto de morbis vulgaribus dum ait, labor, cibus, potus, ſomnus, venus omnia moderata, caute tamen procedendum eſt, nam vbi ventriculus fuerit debilis, ratione cuius innatet cibus, tandiu iudicio meo ſomnus protrahendus eſt, quoad cibus à ſtomacho ad ventriculi fundum deſcenderit, alioquin incubus vt plurimum ſequetur, cui incubo, niſi cito ſuccurratur, ſæpenumero ſolet Epilepſia, & apoplexia ſuperuenire ex Galeno libro de vtilitate reſpirationis, loco igitur ſomni paululũ deambulare potius conſulerem; quod deniq; extrinſecus aduenit eſt motus, qui quãuis cõmuniter ab omnibus poſt ſumptum cibum denegetur eo quod fortaſſe ciborũ in ventriculo concoctioné (quę quiete potiſsimũ perficitur) perturbet, nobis tamẽ ſicuti nõ omnino leuis motus improbatur, ſiquidẽ, & lentis, & bre-

breuibus deambulationibus vti poſſe Galenus nō negauit ſecundo de cōpoſitione medicamentorū ꝑ loca capite primo, titulo de dolore capitis ab ebrietate, ita motus paululum quoq; violentus maxime damnatur, vt potè qui cibū à ventriculo ad inteſtina, & venas indigeſtū trudat, ibiq, oppilationes minime cōtemnendas inducat: extrinſecus quin ét conſiderātur animi curę, & ſpeculationes, quæ ſi ſtatim à cibo exerceantur, calorē naturalē à cōcoctione diſtrahēdo, cibos in vētriculo diuti' retardare conantur: quę cū ita ſint, nemò, vt credo, inficiabitur, ſuprascripta præcepta adamuſſim eſſe ꝑpendenda, & obſeruanda, ea enim potiſſimum ſunt, ſine quibus cibus in ventriculo optime cōcoqui, & elaborari nequit, cibo verò nō belle in ventriculo elaborato, cęteras quoq; alimēti cōcoctiones fruſtari neceſſe eſt. cęterum

cum nostra hac ætate nulla, aut saltem pauca in cibando habeatur ratio ordinis tẽporisq; oportuni, mirũ haudquaquã erit, si, vt ait Hippocrates & Galenus secũdo de ratione victus particula & comento quadragesimo quarto, tot cachochimiæ aceruentur, tot morbi superueniant, & vitæ hominum breuiores in dies reddantur. Galenus noster primo de alimentorum facultatibus capite secundo titulo de tritico, reddit rationem, cur rustici, & omnes ferè messores fossoresq; grauissimis prehendantur morbis, & ante senectam pereant, quia scilicet ex multo labore carnes eorum cito inaniuntur, quæ inanitæ cibum rapiunt aliquando omnino crudum, cum cibo sumpto statim laboribus sese reddiderint; nostro verò hoc sæculo non solum rustici, verum etiam aliorum plurimi

sine

ſine delectu cibos quacunq; hora deuorant, immediate verò, vel laborioſo ludo corpus agitant, vel mutatis equis currũnt, vel ſaltãt, vel (quod peſſimũ eſt) à cibo ſuperius ſuperbibẽdo concoctionem perturbant, vel deniq; veneri, animi perturbationibus, & negotiationibus ſtatim incũbẽtes, calorem naturalẽ à concoctione diſtrahũt, cibumq; crudum vel ẽt corruptum in venas trudunt, & propterea quæ euo ſuo ruſticis contingere Galenus affirmabat, nunc temporis, omnibus ferè euenire, velis nolis, fatendum erit. hactenus de tempore particulari, nunc de vniuerſali illud addendum eſt, quod nobis obſeruandum reliquit Hippocrates primo aphoriſmorum decimoquinto, dum inquit, ventres hyeme, & vere natura calidiſſimos eſſe, & ſomnos longiſſimos, quare per ea

tempo-

tempora alimenta copiosiora esse exhibenda, cuius rei rationem reddens, inquit, quia tunc calor innatus copiosior est ob concentrationē scilicet ab ambiente frigido factam, ex qua sententia facile elicitur non eadem semper mensura ciborũ vtēdum esse, sed in hyeme, & vere plus cibi ob rationem dictam ingerendũ esse, æstate verò minus cibi sumendum esse, cum tunc temporis caloris nostri substantia ab ambiente calidiori dissipetur atq; disgregetur: alia ẽt ratione eadem semper victus ratione vtendũ nõ est ex Hippocrate 1.aphoris. 5. quia errores postea superuenietes ob insuetudinē difficillime corrigũtur. ex his facile erit cuiq; cognoscere, quãti sit valetudini detrimẽti oportunitatē tẽporis in ratione vict⁹ puertere, quãq; absurdũ sit nullũ tẽporũ vniuersaliũ circa ciborũ quantitatē delectũ habere.

Fru-

*Fructus vitiosos mortem accelerare. Caput vigesimum septimum.*

FRuctus qui in mortalium vsum veniunt, non solum producunt eorum vitam, si simplices, si moderatæ quantitatis, & cum ordine, atq; tempore sumantur, verum requiritur etiam vt vitijs careant, eos autẽ aliquando minus, aliquãdo verò magis vitiosos reddi, antiquũ prouerbium nos docere videtur, id verò est annum non tellurem fructificare; nã si anni temporibus tempestiue tempestiua reddantur, fruges & copiosiores & sinceriores, suauioresq. proueniunt, ob quam rem Athenienses hordeum, quo abundabat ager eorum, & quo plurimum vtebantur, maxime probabant cum prospere anni tempora succedebant. cæterum sicuti valetudini

corporum noſtrorum ſiccitates imbribus ſalubriores eſſe teſtatus eſt Hippocrates tertio aphoriſmorum decimoquinto, veriſſimile eſt etiam ſiccitates frugibus commodiores imbribus eſſe; pluuia enim aſſidua cum alias ſit contraria, tum ſemina ipſa pręcipue vitiat, nam & malarum herbarum luxuriam mouet, & malorum ſeminum prouentum procreat, quæ frugibus alimentum ſubtrahũt, & deteriores faciunt, notum enim eſt apud graues agricolas & naturæ ſcrutatores lolium à Virgilio infelix dictum, imbribus frequentioribus maxime prouenire; audiuimus nos ſæpius agricolas præſagiſſe noxiorum ſeminum copiam maximam futuram in anni tempeſtate pluuioſa; cum igitur fruges vitia ſua maxime contrahant ex admixtione ſeminũ noxiorum, omni ſædulitate erunt ab

eis

eis purgandę: inter ſemina autē noxia Lolium tritico maxime familiare & nocuum connumeratur, quod locis admodum pluuijs, nullo pænitus hordeo, triticoue diſperſo oriri ſæpius appareat, immo permulti, cū triticum hordeumve ſeruiſſent, lolium meſſuerunt, at huiuſmodi generis mutatio corruptio quædam eſt, quæ fieri vtraq; poteſt ratione, ſeminis videlicet alteratione, atq; radicis, hæc verò alteratio prę nimia nutrimenti copia, ſeminibus deliqueſcentibus euenit, quæ non omnino ſemina perdit, ſed in aliud ſeminis genus traducit; cum igitur terra imbrium fræquentia largiorem alimenti vbertatem præſtat, tunc degenerandi occaſio euenit, quæ vim gignendi haud quidem omnino tollit, ſed in aliam alterat, illa verò in lolium tranſcire potius poſſunt, quæ

ſpeciem tritico hordeoue ſimilem gerunt, ſemper enim ad proximum, & quod cōgenere quodammodo eſt, mutatio prouenit; quas quidem mutationes Theophraſtus minime mirandas exiſtimauit, tempus enim, alimentum, & cęlum, alterationes efficiunt tum animalium, tum plantarum: & quamuis plura alia ſemina vitioſa, generiq; humano maxime infenſa in frugibus reperiantur cœteris, omnibus tamen, breuitatis cauſa, omiſſis, ſolas lolij qualitates recenſere decreuimus; illud primum admonentes, lolium Plinij diuersū eſſe à lolio Dioſcoridis, nam quæ Dioſcorides in vſu medicinæ Lolio adſcripſit, Plinius Aerinæ Ferinæ libro vigeſimoſecundo attribuit, vtcunq; tamen ſit, lolium adeo calefacit, vt acribus proxime accedat, ratione cuius caput grauiter ferēdo,

instar vini, ebrietatem facere videtur, vnde apud vulgum talia sæpe vsurpantur verba (*non mi stare à loiare*) idest, inebriare; vertiginem etiã edentibus concitat, pessimi est succi & pestilentis, quin oculos infestare quidam docti scripserunt, quod etiã Plautus in Milite innuere visus est, cum ait, mirum est lolio victitare te tã vili tritico. quid iã? quia luscíosus es: legitur quoq; vetus verbum, loliovictitare, quod vsurpatur in eos qui cæcuciunt, & de rebus peruerse iudicant. hæc igitur cum ita se habeãt, multum equidem vitæ interest pistorum diligentia aut negligentia, ne dicam nequitia; negligẽtius enim ventilatæ & expurgatæ fruges, lolio, alijsue id genus vitijs mixtæ plerunque inueniuntur, quę in cibos assumptæ ingentes morborum causas prębent; quod cum antiquorum multis

exemplis ostẽdere possimus, tum verò ętate nostra frumenta lolio commixta pestilentes vescentibus morbos attulisse exploratissimum habemus; agricolarũ nãq; auaritia & frumentariorũ negotiatorũ fraude impurgata manent, ne repurgatione & expolitione mẽsuræ detrahatur. q ergo vitę salubrioris & lõgeuæ cupidiores sunt, seduló curabunt exactè purgatas fruges reponi, mandiq; & summa diligentia concoqui, hisq; de cibis erimus contenti.

*Potus necessitas & vsus. Caput vigesimum octauum.*

DIctum est superius, corpora, tũ nostra, tum cæterorum animaliũ in perpetuo consistere fluore, eaq; protinus collapsura, nisi substantia similis ei quę effluxit è corporibus, accesserit, qua scilicet instau

retur

recuperatq; refarciaturquod deperijt; & proinde naturam, vt &c providam, quasdam animantibus vires imposuisse, innateiq; voluisse statim à vitæ exordio, quibus, quod deficerat, semper expeterent; huius veritatis periculum fecisse testatus est Galenus ille noster, à quo pleraq; animaduersa notataq; fuere maxima admiratione digna. Is enim, vt habetur sexto de locis affectis capite sexto hædum recens natum in loco condusit, in quo varij liquores singuli singulis vasis collocati erant, vinum scilicet, mel, oleum, & lac, hædus verò illos omnes liquores olfaciens lac solum libare cœpit, ebibitq; homo etiã statim ac in lucẽ editus est, si matris nutricisue mammæ pupilla offeratur, eam, natura monstrante, ore apprehendit, ex ipsaq; lac sugit & saturatur, immo si forte ob nutricum in

curiã tardius vbera offerantur, quod sæpe contingit, vagitu ploratuq; se alimento egere demonstrat; cæterũ quia id ꝙ è corporibus effluit, aliud est substantiæ sicciorís, aliud humidioris, aliud verò igneæ substantię, hisq; tribus vitam nostram contineri præclare traditum est à Philosophis, nobis idcirco insitum est à natura, vt nullo docẽte magistro, edere, bibere & respirare sciamus; nãq; ex Galeno primo de sanitate tuẽda capite secũdo, escarũ pręsidio, quod essẽtię sicciorís defluit & deperditur, instauramus; potione, ꝙ humidioris; spiritu autem, hoc est respiratione, arteriarũq; motu aereæ, igneæq; substãtiæ modum tenemus atq; tuemur, sicq; potũ homini maxime necessariũ esse satis superq; demõstratũ est, in quo vt in cibis, si diu superstites viuere volumus, est modus pariter constituendus,

dus, quod quidē tunc bene prętabitur, si prò siti solū naturali leniēda, nequaquā verò prò artificiali extinguenda potꝰ vsurpetur, sitis enim ea est, quā homines humidi appetentiā nūcupare solent, eā verò accidere aut humidi inopia, aut caloris abundantia nemini nō notū est, quæ causæ si ambæ simul concurrāt, calor scilicet feruēs & siccitas, tunc vehemens sitis concitatur, at si humor calori coniungatur fiunt quidem homines siticulosi, sed modice, & ideo nō difficile sitis ea demulcetur; ex his certe facile patet, temperamenta calida & biliosa sitire magis, eademq; ratione æstate, aliaq; temporis conditione feruenti, & regionibus æstuosis mortales fieri siticulosiores; negari tamen minime potest, quin praua victus ratione, qua nunc temporis pręcipue plurimi vtuntur, sitis sponte proritetur, &

propterea, si bibendi cupido non innascitur, consuetudine tamē & exercitatione acquiritur, quo quidem nihil absurdius excogitari potest, nihil etiam admirabilius, quam quod vni omnium animantium homini quā nunquam prudentiæ rationisq; capacissimo sine siti bibere vsu veniat; aiunt in bibendo diligentiores, potu potū prouocari sicuti somno somnū, ideoque nocturnas & vespertinas potationes promptiores ad diuturnas reddere pro comperto habent; bibendi enim consuetudo auget desiderium, vnde monstrificam sitim comparatā nouimus, adeo vt eos inexplebili illa bibendi cupiditate vitam immature relinquere mirum non sit, & ideo medijs in vndis equoris immensi, instar Tantali, perpetua siti cruciari perpetuo deberent. Et quis horum quæso miserrimum hydropisis mor-

bum

bum euadit? quis iecoris pulmonisque vitiim tabitudinesque effugit? quis ex bibaculis istis vitam sanam transegit? vidimus hisce nostris oculis plerosque intempestiuo potu, atque immodico, eximia decidisse fœlicitate, quid? sanitatem, quâ nihil charius nobis esse debet, amisisse; atque ita alios in hydropem, nonnullos in Elephantiasim, quosdam in viscerũ putredinem atque ipsius animæ teterrimum fœtorem præcipites ruisse, plurimos denique tremore correptos miserrimè reliquum vitæ suæ traduxisse. non fraudandus gloria sua nũc est Cæsar Augustus, quem nunquam interdiu bibisse illustrissimi authores prodiderunt, & si forte premeretur siti, pro potione sumebat perfusum aqua panem, aut cucumeris frustum aut lactucæ tyrsum, aut recens aridumue pomum succi vinosioris; hũc

immitantes cautiores modestioresq; nostrę ętatis homines, si vel interdiu vel noctu siti præmantur, solent panē friatum conijcere in calicē, deinde frigidam aquam superaddentes, sæpius transmutant, sicq; potū efficiūt, quò liberalissime salubriterq; vtuntur; alij vice panis saccari pollinē, alij iulep. vocatū adhibent, alij radicem dulcem liquiritiā dictā in aqua maceratam vsurpant; Galenus per æstus summos in ptisanę cremore refrigerato eximium expertus est presidiū, eo quod refrigeret & humectet; quidā aquā aceti momento tēperant, cuius haustu sitim leniri existimant, huncq; potum oxycratum vocāt. verum hic nostro medico iudicio discrimen aperiemus, si prius breuiter repetierimus quod superius est enucleatum, sitim scilicet aliam à calore feruente, aliam ab humoris penuria

con-

concitari; hoc supposito, dubiũ nõ est sitim quæ à feruore cõcipitur, huiusmodi potu oxycrato dicto salutariter sedari, eam verò quæ ab humoris defectu concitatur, nullũ auxiliũ ex illo potu recipere; acetũ enim egregie refrigerat sed leuius humectat, ideoq; siti ab ariditate & humoris inopia manãti, aut calore siccitateq; coeuntibus minime proderit, sicuti maxime iuuat si caloris vi atque iniuria sitis concitetur vt accidit in æstate. haud mirari deniq; hic certe non possum quorundam errorem volentium vinum meratius quam dilutius sitim extinguere, quasi ignorent vinum perpetuo suo calore sitim augere & proritare, idq; validius quò meratius potentiusq; vinum fuerit; fatemur quidem aquam solam epotam non ita prompte sitim sedare, sicuti si vino misceatur modico; hæret

quippe in hyppocundrijs; diutiusq; moratur, nec permeat ad partes; quamobrem illi opus est quasi quodam deductore ac vehente; est autē siquid aliud optimum vehiculum vinum; acetum verò quamquam ad id momentum non parum obtineat, vt superius diximus, medicamenti tamen potius quam potus gratia quotidiani & familiaris sumitur: bibere decet igitur vt viuas, non bibere vt viuas.

*Sit immo intendere valetudini pernitiosissimum. Caput vigesimum nonum.*

SVperiori capite consuluimus tantum bibendum esse, quantum ad sitim sponte venientem leniendā sufficere cerneremus, nostra tempestate hominum ingluuies eo peruenit,

vt

vt ad prouocandam sitim potius, quam ad eam extinguendam animos suos intendant; imo prouerbium est vulgatissimum apud nostræ ætatis bibaces, nihil æque sitim sedare atq; haustus assiduos & liberaliores, quam quidem sententiam homine liberali omnino indignam esse censendum est; cum hæc intemperantia accendat potius quam leniat bibendi dessiderium, nulla enim alia ratione hodie primo cibo suillam aut bubulam sale tabefactam, aut pisces sale asseruatos, & summatim omne salsamenti genus apponunt, nisi vt vino vitientur extra, & os animaq; ipsa graue virus exhalet, nulla etiam alia ratione noui orbes hodie quæri videntur, nisi vt sitiamus, piper aduehitur, gingiber, cinamomum, caryophili, & mille id genus quibus cibaria alioqui suauia & salutaria, condita, tum os

tum gulam, tum ipsum stomachũ, viſceraq; intus omnia feruore intolerabili incendunt, quod certe incendiũ ingẽtibus meri flammis restinguere placet, ignẽ ſcilicet igni, & oleũ flammis addentes; inde deinceps magni in corpore tumultus mouẽtur, immẽſiq; ęstus non ſine maxima valetudinis ruina parantur; innumera itẽ ſũt, quę à mari petũtur; quot enim piſciũ genera ſale macerantur vt tabeſcãt hominis exta atq; vitiẽtur? omnino quodcunq; vitę per neceſſariũ & per cõmodũ benigna natura largita eſt, in eius perniciem luxuria nũc vertit; ſal ergo q cadauera à putrefactione ita vendicat, vt per ſecula durẽt, viuẽtia perdit atq; enecat? ad infinitum nũc creuere ſalſamẽta ad id ſolũ certe excogitata vt cellæ vinariæ exhauriãtur, nõ animaduertẽtes miſeri iſti bibaces, ſalſa omnia ſitim perpetuo

pro-

proritare, vt nauigãtibus sæpe cõtingere cõpertũ habetur, qui in dulcis aquæ penuria marinã aquã bibere si cogãtur, siticulosiores postea facti vitæ maximũ periculũ subeunt; q̃ pariter accidit nonnullis qui vino veteri meracioriq; liberali⁹ epoto sitim mẽdosã extinguere tentãtes, in sitim intolerabilẽ & lętalẽ inciderũt. cæterũ labores, itinera, æstus, vigiliæ immodicę, focus per frigora luculentus sitim intẽdere solẽt, q̃ certe quiete, sõno, & aquæ modico vino admixtę potu sedare facillimum est; Galenus noster duodecimo methodi capite octauo ex professo verba de allio faciẽs probare nititur allium minime esse siticulosum, Dioscorides verò aliter sentit cum ipsum maximè siticulosũ scripto tradiderit: vulgus tamen nostrum eruditum pariter atq; ineruditum persuassimũ habet alliorũ esũ, si quicquã aliud, sitim lacescere vinoq;

gratiam addere. Gascones Aquita-
niæ populi clarissimi inter primos
& præcipuos suarum epularum sapo-
res allium habent, vt potè quod vino
maximam gratiam addat. Nos cer-
te ratione & experientia ducti allium
sitim lacessere non negamus, ipsum
enim calidum in quarto, siccum verò
in tertio gradu constituit Dioscori-
des, nec Galenus negauit, huiusce-
modi verò calida & sicca sitim infer-
re necesse est; quod quidem hōīes ignora-
rātes Heluetiorum nonnulli, allium,
aut salem in mensa frequentant, vt sitim
intendentes, sæpius ac sæpius hau-
quam ad perdenda vina genio, bibe-
re possint; quo nihil absurdius, nihil-
que turpius excogitari potest. Conue-
nit etiā inter insignes bibaces, liquo-
rem eum spirituosum, quem ex corti-
cibus malorum aurantiorum expri-
munt, suauitatem vino conciliare, &

ad

ad bibendum liberalius incitare etiã parum sitientes, quo manifeste patet in dies nouæ excogitari ad bibendũ irritamẽta, sicuti denique, ciba saigme cetosta, atque farragine fricta non in postremis vini irritamẽtis haberi videmus: hæc omnia sicuti naturam nostram, quæ medio gaudet, ad vnum extremorum conuertunt, ita homines à salubri & longa vita pariter abducunt, & sicuti tempestiua potio ad vitam salubriter sustinendam perutilis esse censetur, ita intempestiuam & arte paratam ad vitam immature perdendam potentem esse censendum semper erit.

*De vsu aquæ.* *Caput trigesimum.*

AQuam primũ fuisse potum mortalium, omnium consensu manifestum est, diuque ea sola contentos

homi-

homines fuisse in illa, scilicet inno-
centi orbis infantia, nullumq; aliud
sitis remedium quærebatur quam a-
qua; moribus postea inclinatis, & vi-
ta in deterius vergente (præter vini
inuentionem) cæperunt homines a-
quæ simplicitatem deturbare, eam
infinitis penè ingenijs adulterantes,
quæ quidem aquę, medicatis excep-
tis, quia hominum valetudini maxi-
me nocuæ sunt, penitus abdicari de
bent, simpliciq; nos contentos esse
rationi consonum est, cuius pręstan-
tiam Aristoteles rerum naturalium sa
gacissimus diligenter requirit in sua
Politica, in vrbe condenda post loci
salubritatem, quæ petitur ab aere, se
cundas in tali institutione aquarum
curæ tribuit, eo quod earum vsus &
plurimus & fræquentissimus, multi-
plexq; ac pernecessarius in tota vita
spectetur, atq; eodem in opere idem
Ari-

Aristoteles præcuilit aquarum vim & copiam sponte naturæ profluentem, & emanantem, ei, quæ ingenio arte ue hominum quæritur, abundantiæ, quam quidem non omnino abijcit, asperna turue, sed sedulo comparandam, & acquirendam statuitur; quin viri grauiores, qui de architectura cōmentarios in lucem emiserunt, imprimis tradiderunt præcepta ingenia q; & artificiosa inuēta, quibus aquarū vbertas tum vicis, pagis, arcibus, atq; ēt inclytis & amplis vrbibus abundaret, ac suppeteret; nō defuerunt quoq; qui incredibiles cōsūpserunt pecunias in aquis per longissimos ductus deducēdis, inter quos romanos rei aquariæ singularē nō in Italia solū, sed in prouincijs imperio eorū subditis operā impēdisse satis patet; sicuti Galenus fontium romanorū mirabilem copiā admiratus est

& laudauit, qui etiam patriam suam Pergamum eo nomine maxime commendauit. cæterum quia aqua non solum bibi per se sola solet, verum etiã in vsum hominis cibariũ vsurpatur, & ideo eius mutatio magis insalubris censetur ab Aristotele in problematibus quam ciborum mutatio, quia scilicet plurimum aquæ cõsumimus, ea enim & vinum tẽperatur, & panis qui victus nostri fundamentum est, conficitur, & cibi plurimi parantur; quia verò aquæ in salubritate differentes plurimum sunt inter se, neq; pari passu prò sanitate tuenda incedere possunt, optimum idcirco factũ censuimus earum differentias diligentius perscrutari; alia siquidem est cœlestis & pluuia, alia fluuialis, alia fontana, alia puteana, alia lacustris, alia picra ac stagnans, quædam autem niualis, & quædam ex glacie

liqua-

liquataq; earum omnium quę salubrior vitęq; vtilior in potu, teque cibaria existat, diù multumq; inter philosophos ac medicos præstantissimos agitata est quæstio, nec inter eos conueniri potuit, donec medicorum Hippocratis & Galeni facile clarissimorum placitis, omni sublata controuersia palma cęlesti data est, hoc est pluuiæ, & quæ ex imbribus colligitur; secundas fontana obtinuit, tertias puteana; quarto loco amnium aqua recensetur: niualis glacialisq; pigræ ac lacustres omnium ore & damnatæ, & cibis potibusq; mortalium abdicatæ sunt, pluuiam tum leuissimam tum iucundissimam testatus est Hippocrates libro suo de aere aquis & locis, quia Sol quod leuissimum subtilissimumq; est, sorbet, atq; trahit, & quamuis aqua pluuia facillime putrescat, non idcirco tamen dam-

nanda venit, nam communi omnium cōsensu illa dicitur optima aqua quę facillime trasmutatur, id est, concoquitur & conficitur, at hoc fieri nequaquam potest, nisi in ea sit alterationis promptitudo, qua promptitudine prædita aqua citò calefit & citò refrigeratur; aqua verò pluuia alia est procellosa seu nimbosa quæ aliquo modo damnatur, alia verò à cęlo ætherecq; alto excreta cum tonitru temporaria dicta, quę quia exquisite pura, pariterq; munda est & tenuis, optima existimatur ab Hippocrate & Galeno, nam ea aqua ex consensu omniū philosophorū, pariterq; medicorū optima censetur, quę saporis odorisq; oīs est experś aeriq; quam simillima apparet, similiter quæ citò calefit & refrigeratur, quę itē hyppocundria prōpte permeat, quę deniq; cibos, carnes videlicet poma aut

olera

olera atq; legumina ocissime concoquit; de pondere verba non faciam, quia nisi suprascriptæ notæ conueniant & coniungantur, parũ aut nihil libra proderit, cum nullo penè momento ponderis aquę inter se distēt, his igitur signata notis aqua homines ea pro ætatis naturęq; ratione vtentes, sanos longęuosq; cõseruat, sicuti è contra, niualis, glacialis, pigræ & lacustris potus, si fides Aristoteli & Galeno præstanda est, articulos neruosq; & viscera ēt ipsa grauibus, & pertinacibus morbis afficere solet, qui postea morbi aut difficillime aut nũquã tollũtur, & si nõ statim emergãt, sēsim tñ obrepētes pessime & diutissime potores affligunt, ita vt moriēdi potius, quã ita misere viuēdi optio sępe detur, q igitur sanitati tuēdæ studēt ac vitæ lõgæ, niues satis atq; frugib⁹ quib⁹ vtilissimas esse

compertum est, relinquerit, & fluminum incrementis; constat earum potu & vsu pro vino refrigerando per multos immaturam sibi mortem acciuisse; Plinius luxuriæ seuerus censor & castigator de huiuscemodi potatoribus verba faciens, inquit, hi niuem & glaciem potant, pœnasq́ mõtium in voluptatem vertũt, seruatur æstibus algor, excogitaturq́; vt alienis mensibus nix in mortalium perniciem algeat: hæc vento scripta veremur, quod praua hæc bibendi consuetudo apud plurimos magnates consilij vt plurimum incapaces inualescat; scripta tamen voluimus, quia vtilia aliquando fore speramus.



Ca-

*Calidus an frigidus potus eligendus?*
*Caput trigesimum primum.*

LIbera hominis voluntas ita à recto tramite nonnunquam recedit, vt quę cętera animalia bruta omnino renuunt, ipse solus amplectatur, nusquam enim contentus est eo quod naturę placet, & sibi prodest, immo diuerticula omni studio querit quibus vita sua ludificetur; hoc verò præcipue apparet cū solus homo calidos potus nonnumquam sequatur, quam certe consuetudinem a medicorum nonnullis introductam fortasse nobis confitendum erit, excogitatam tamen valetudinis quorundam gratia, quos frigora mordebant, at quæ à necessarijs primum orta sunt, cuncta venere ad nimium; nam quę-

admodum potus suos mortales ęstate hyemant, sic & per algores æstiuant; quidã enim pocula sua, aut lagęnas ad ignem collocant, alij aquã prò temperãdis & diluẽdis vinis calefaciunt, nonnulli panẽ tostũ in pocus cõijciunt, quidã lamina ferrea, aut aurea candefacta igniunt: nos certe sicuti nõ omnino id damnãdũ, ita modũ statuendũ esse censemus; licet. n. nõnnulli reperti fuerint, qui æstate mẽdia, nedũ alijs tẽporibus anni, perpetuo aquam propemodum feruentẽ vino adijcerẽt, & ad summã peruenerĩt senectutẽ, sicut apud romanos gelidę calidęq; ministros in mẽsis fuisse satyrici nõ semel testati sũt; nullus tñ inficiabitur, quin calidi potus nimius & assiduus vsus emolliat atq; eneruet robur viresq; corporũ; cæterũ maiorẽ insaniam gulæ in frigidis potibus prodigiosa ingenia
comenta

comẽta sũt, quãdo alij foueas effodi iubẽt, easq; niue & glacie replẽt; ramis frondibusq; quernis & paleis superimpositis, sic enim niuẽ diutius posse seruari exploratũ est; alij si nix desit, in amnem profluentẽ aut puteũ vascula nõ omnino plena demittere præcipiunt; alij calefactã aquam in testacea vasa diffundũt sub vesperã, mox ea ipsa vasa ad loca sublimia ventoq; aduersa suspẽdunt per totã noctẽ, deinde cũ lucescit, vasa humi deponũt, & herbis quibusdã, vt lactucis & vitiũ folijs alijsq; huiusmodi inuoluũt, vt quã ab aere acquisierãt frigiditatẽ, diutius retineãt, alij denique cellas vinarias inferis ferè proximas effodi præcipiũt, vt vina algidiora fiant: in summa nihil intentatum relinquitur vt calor natiuus noster citius extinguatur, adeo luxui patula via facta fuit; ab huiusmodi potu plurimæ vitæ nostræ obtẽditur

insidiæ,

insidię, frigido enim potu vitiantur fauces, & pectus, pulmo, stomachus, & intestina, quin & ipsa viscera, nam hepar sæpius aquæ frigidæ potione adeo corruptum esse constat, vt morbi diuturni, & insuperabiles, atq; etiã mors ipsa sequatur; prætereà spirandi difficultates, anhelationes, tusses, vocum raucitates, nephritides & colica tormenta frigidiores potus comitantur, hinc lachrymæ turpes, & fœdi eiulatus, medicorumq; fræquens imploratio; huius rei veritatẽ nonnullis exemplis illustrare hoc loco decreuimus, vt lectores aliorum periculo deterriti ab huiusmodi vitio abstineant: Iulius Cæsar Scaliger aduersus Cardanum exercitatione trigesima tertia, capite secundo, narrat de quodam messore, qui à meridiana tritura sitibundus primo frigidæ ad fontem haustu extinctus est;

Ama-

Amatus Lusitanus centuria secunda cura sexagesima secunda iuuenis romani meminit, qui totus sudore madidus ob laborem in ludo pilę, sitis arcendæ gratia, ad puteum deueniens, extractaq; aqua frigida ac epota, illico in terram extinctus cecidit, meminit & cuiusdam qui calice frigidissimi vini in magno æstu epoto vitam cum morte commutauit: qui sapiunt, modum hic adhibebunt & statuent, & fœlix qui aliena fruitur & sapit insania. Galeno authore alter alteri cibi potusq; refrigerantis modus constituitur; frigidiori egere potu arbitratur eos, qui rerum publicarum magistratus administrant, quiq; assiduis occupantur negotijs, item qui castra sequuntur & bella, & qui peregrinantur, viatoresq; sunt; etenim ij qui liberi sunt ac soluti, suæq; spontis & iuris idiotę dicti, rarissime frigida potione

tione indigent; qui inquit minime exercentur per feruidam æstatem calore pressi, si aquæ assueti sunt, fontanã bibant, niuem omnino vitãtes; tepido autẽ potu relãguescere vires stomachi supra dictũ est; calidos itẽ fastidia parere, cibiq; desiderium minuere, & viscera ipsa contristare, neruosq; effeminare indubitatum est.

*Vini vsus, & præstantia.*
*Cap. trigesimũ secundũ.*

IN summo semper honore fuisse vinũ apud oẽs gẽtes vrbaniores, scripta tum hæbreorũ, tum græcorũ, tum latinorum abunde testantur. sacræ literæ tradunt Noen vniuersi agricolam, post diluuium, annuente Deo plantasse vitẽ, & bibisse de vino eius, & obdormiuisse, quare

constat

cōſtat vini vſum antiquiſſimum eſſe, nec ab alio datum mortalibus, atq; inuētum, quàm à Deo optimo maximo, hac forte de cauſa, quod terra ab aquis diluuij nimis humectata, cæteri priores fructus inſulſi magis, & corruptibiliores in poſterū futuri eſſent, at vinum moderate ſumptum & ſalubre & vtile hominum vitæ eſſe clariſſimum eſt, ijs præſertim, qui viribus fractis fuerint, ſicuti ſi immoderate bibatur, plurima humano generi affert incommoda, ita vt quod de lingua Aeſopus Xanto philoſopho probauit, idem nos de vino dicere poſſumus, ipſum ſcilicet, & optimum, & peſſimum eſſe eorum omnium quæ in cibarium vſum venire poſſunt; optimum enim eſt vinum, ſi ſobrie, peſſimū autem, ſi immoderate bibatur, quia ebrietate mētem perturbat, quo nihil turpius

pius homini accidere potest, aut calorem nostrum eneruando, multos variosq; inducere potest morbos; nō idcirco tamen ijs accedendum volumus, qui vinum pænitus è vita abdicare contendunt, quod nec probat magnus ille Diuus Ambrosius, cuius sententiam ex libro tertio sui hexameron hic subijcere haud absonum duximus; Deus inquit, qui sciret, quod vinum sobrie potatum sanitatem daret, augeret prudentiam, immodice sumptum ad vitia causas daret, crateram dedit, abundantiam libero arbitrio reseruauit, vt parsimonia naturæ esset magisterium sobrietatis, abundantia noxium lapsumq; temulentia sibi ascriberet humana, deniq; & ipse inebriatus est Noe & obdormiuit consopitus à vino; itaq; & vinum patuit deformitati, qui per diluuium excreuit ad gloriam, & in

eò creaturæ ſuæ gratiam referuauit, vt eius fructum conuerteret nobis ad ſalutem; & paulo poſt, denique (ait) inter benedictiones ſacratiſſimas computatur, vt contribuat nobis Dominus à rore cœli vim vini, olei, atq; frumenti. Hæc ille. vinum cor hominis lætificare clamant ſacræ litteræ, Paulus ille admirabilis docuit vinum modicum ſtomacho idoneum, cum præceperit diſcipulo vtẽdum modico vino propter ſtomachi imbecillitatem. quis eſt tam ſtupidi & amentis animi, qui vinum immodice ſumptum noxium vitæ mortalium abneget? certum eſt apud antiquos philoſophos multas de vino extitiſſe controuerſias, vt potè qui vini naturam percognitam adhuc nõ haberent, quæ hodiæ ſcientię medicinæ beneficio adeo clare patet, vt ne ruſticis quidem vires vini abſcon

ditæ

ditæ sint: philosophorũ medicorũq. placitis statutum est, vinum vt pueris inimicissimum, alienissimumq; sic senibus amicissimum esse pariterq; vtilissimum; senibus enim duo potissimum commoda ex vini potione accedunt, alterum videlicet quod omnia ipsorũ membra calefacit, alterum, quod per renes & vesicam sanguinis serum, quo scatent, purgat, ita vt contra senectutis asperitatem ac duritiem a Deo datum esse Platoni placuerit, nam a vino reiuuenescere senes videntur; idem Plato in libro de legibus dialogo secundo legem imponit, vt pueri ad duo de vigesimum annum vini vsum prorsus ignorent, ne ignis igni in corpus atque animum suggeratur, antequam viri effecti, laborare incipiant, furiosum namq; iuuentutis habitum cauere, inquit, oportet, deinde vino modice vti præcipit vsque ad annum

ætatis

ætatis trigesimum, ab ebrietate auté, & vini repletione iuuenes omnino abstinere, cum verò ad quadragesimum peruenerint annum, in conuiuijs liberius discumbere & bibere premonuit; quæ quidem sententia sicuti ex vna parte maxime nobis probatur, cum scilicet iuuenibus vino parcendum consulit, eo quod vsu vini calidiores & sicciores facti ad senectã citius adueniant, ita ex alia parte maxime nobis improbatur, & legi Christianæ aduersatur, cum ebrietatem in ætate virili permittere videatur; datum est enim nobis desuper vinum pro remedio solummodo atque medicina, vt animus quidem pudorem, corpus autem sanitatem & vires adipiscatur, minime verò vt ebrij & temulenti euadant, quamobrem vini haustus senibus commodus & idoneus cẽsebitur, vt qui senij rigorem ac frigiditatẽ ad

symetriam commodam reuocare valeat, ijs verò qui adolescunt, omnino cõtrarium erit vinum epotum, siquidem ferue̅tem eorum naturam, vehementerq; agitatam plus iusto calefacit; & ad insanos absurdosq. & ferinos motus perducit, ita vt iure dici posset, vino nihil viribus corporis vtilius aliud, si modus adsit, nihilq. aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit; immodice quippe haustum, animum impellit ad absurda, neque enim obruta vino mens exacte considerat, quæ sunt consideranda, neq; recte agit quæ sunt agenda, veluti contigit Alexandro Magno, cuius virtutes admirabiles ebrietate sua ac vinolentia omnes ferè obscuratæ fuere, is enim temulentus amicos & eos integerrimos solitus erat interimere, incendiaq. vrbibus admouere; quod si Androcidis sapientis præceptis ob-
tem-

temperasset, certum est Regum omnium iure maximū appellari potuisse; scribebat enim ad Alexandrum, vinum potature Rex, memēto te bibere sanguinem terræ. cicuta homini venenum est, cicutæ vinum. nos iudicio medico vini quidem liquorem homini saluberrimum esse nō negamus, si modus seruetur, pestilentissimum verò censemus, si immodice hauriatur; nec est quod nos deterreant qui mortalium mentes eo succo mutari clamant, & furorem gigni, & similia scelerum perpetrari; sane vitia sunt hominum bibentium non tamen diuini liquoris. sed, vt paucis caput hoc concludamus, vini vsus ad hominum vitam tuendam, & sanam & longam eximij ac mirabiles sunt. concoctionem etenim ceterorum alimentorum adiuuat, confert digestioni ac distributioni, confert sanguinis generatio-

ni, confert deniq; nutritioni, viresq; alit in totum, ac roborat tum animi, tum corporis; celerrime quippe mutatur, nutritq; : in vini autẽ vsu firma aut infirma capita contẽplanda sunt, nam teste Galeno, sunt quibus caput tentatur, si os vino colluatur : fulua præsertim & odora capita feriunt ac degrauant peculiariter ; potionis denique modus eiusmodi sit, vt nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis sensum vllum inducat.

*Vini temperandi modus. Cap. XXXIII.*

NVnquã certe satis laudari posset qui primum aqua vinum tẽperari docuit, quisquis ille fuerit, ipsum enim & prudentem, & medicinę non ignarũ fuisse fatendum est, cũ ex hac tẽperatione feruor furorq; vini aquæ accessione atq; mix-

tione

tione hebeteretur ac remittatur; inde facete ac lepide dictum est, nymphas Bacchi fuisse nutrices, qui vini auidiores sunt, profecto minime dilutum vinum probant, ridentq; eos, qui aquã plurimam solent miscere; aiuntq; nõ vinum aqua temperatum, sed aquam vino mixtam sese videre: animaduertendum tamen est, aliam ægrotantibus, aliam verò sanis conuenire aquę mixturam; vini etenim momentum ægrotantibus in morbis quibusdam aquæ multæ miscemus ad quoddam veluti excitamentum, quod ad distributionem in corpus aquam trahat, & tollat aquæ sinceritatem, seu potius cruditatem; sanorũ maxima pars vinum quidem dilutum potant, sed aquam vinũ vincere non est semper necesse; quãobrem qui censent omnibus eandẽ aquę mensuram vino miscendã esse, toto cęlo aberrant, etenim multa

ueniunt perpendenda, quæ modum temperationis edocent, natura, temperamentum, ætas, regio, tempus, & consuetudo, quin etiam vis naturaq; ipsius vini: nonnulli enim reperiũtur potui dilutiori assueti, qui meraciori epoto vel pusillo maxime læduntur, alij è contra meracius bibere solent, quibus ex potione dilutiori statim vẽtriculus subuertitur: non igitur protinus (quod hodie sæpe fieri video) ebriosi aut vinolenti habendi sunt, quibus potus meracior in usu est, nã si modus seruetur, plerisq; magnum ad valetudinem tuendam auxilium præstat. Aristoteles naturæ inquisitor diligentissimus putat in suis problematibus, magis sentire ebrietatem eos, qui dilutiusculum bibunt, quam qui merum ex toto, id quod vel tenuitati potus acceptum referre videtur, cuius causa vinum temperatum expeditius

tius loca plura angustioraq; subit ac penetrat, merum verò ob sui crassitiem minus id facere possit, ideoque minus facile educi posse, quod temperatius est, vel quod merum partius bibitur, vt potè quod multum bibi non possit, magisq; vomitu reijcitur, idem quoque Aristoteles vinum immodice dilutum vomitum magis quam merũ, quam aquam prouocare tradit: vinũ enim minus dilutũ nec ita tenue est, vt perfluere citò possit, & fastidium parit, quod parum obtinet vini, insuaue cum sit, innatare redundareq; solet, ideoq; vomitum facile ciet; modice verò temperatum sensum pænitus aquæ tollit, viniq; mollis sensum accomodat, vnde suauiter bibi potest; mixtura modusq; diluendi prò vini vehementia celebratur, ita vt certam & terminatam mensuram tradere nemo posit, temperatum tamen

tanquam valetudini maxime accomodatum comprobamus, vt pote, quod, si modice bibatur, facile digeratur, & ad partes penitiores facilius permeet, atq; citius vires corporis restauret, & oppilationes nequaquam inducat.

*De motu, & quiete.* *Capit XXXIV.*

NAturam principium motus esse, sicuti statutũ est ab Aristotele in primo de physico auditu, ita confirmatum fuit ab Auerroe 1. phisicorum com. 8. & 3. phisicorum com. 5. dum ait motu ablato naturam ipsam tolli, & ignorato motu, naturã pariter ignorari: promouet enim natura opus suum motu, cuius ipsa principium est; quiete verò languent omnia: quisq; autẽ à natura magis magisq; discedit, quò à motu magis, dat enim motus perfectionẽ moto quod est in potentia. cæterum

in-

inficiabitur nemo, hominem vt ens mobile à natura continuo regi & gubernari, quæ quidem natura vel sit principium motus, vt phisici scribunt; vel sit vis quædam se ipsam mouens; aut substantia natiui caloris, vt medicis placet, quæcunq; agit & operatur, omnia motu tanquam principali medio, agit, & operatur; quinimo homo ipse quicquid agit & secundum rationem & secundum corpus, totum, motu mediante agit. ratiocinari nequit homo, nisi phantasmata in sensu communi ab externis sensibus transmissa per cerebri substantiam moueatur, & præsentata ratiocinatrici à memoria conceptus formetur, & postmodum exprimatur: si videt homo, si audit, si tangit & similia, omnia motu præstat: quò ad corpus verò, bone Deus, quid facere pôt homo sine motu? si nutrimẽtũ recipit, si augmentũ, si decremẽtũ,

si alterationem, vel mutationem secũdum loca, vel generationem, semper mouetur, immo si dormit, mouetur quoq; motu saltem naturali, quapropter optima ratione dicere debemus hominem sine motu nõ solummodo bene viuere, sed ne uiuere quidẽ posse: his de necessitate motus prelibatis, reliquum est nunc vt eum motum perscrutemur qui homini ad vitã incolumem & longeuam traducendam continuo deseruiat, exercitium scilicet, quod quantum conferat pro sanitate tuenda, nunc probandum venit. ostensum est superius naturam nostram in continua versari dissolutione, & hac de causa quotidiana indigere repositione, quam quidem repositionem adamussim fieri per cibos impossibile esse diximus ob excremẽta, quæ necessario ex diuersitate ciborum à natura nostra aggregantur in

cor-

corpore nostro, & quæ, nisi quamprimum expellantur è corpore, morbos inducere facillime valent, & mortem accelerare; verum quia ferè quotidie aggregantur excrementa, quotidie quoque euacuari postulant, quod præstari commodius & facilius nõ potest quàm exercitio, quod calorem naturalem excitando, expulsiuam facultatem incitat ad superflua educenda, qua ratione ductus Aristoteles in problematibus dixit, cur cibum imminuere, laborem augere salubre est? an quod causa ægrotandi est multitudo excrementorum? quæ quidem fit quoties nutrimenti adsit excedentia, aut exercitiorum imminutio, quam quidem rationem crediderim ego Aristotelem ab Hippocrate mutuasse qui sexto epidemiorum ait, in hoc sanitatis conseruatio collocatur, vt ciborum satietas euitetur, & exercita-

tiones

si alterationem, vel mutationem secũdum loca, vel generationem, semper mouetur, immo si dormit, mouetur quoq; motu saltem naturali, quapropter optima ratione dicere debemus hominem sine motu nõ solummodo bene viuere, sed ne uiuere quidẽ posse: his de necessitate motus prelibatis, reliquum est nunc vt eum motum perscrutemur qui homini ad vitã incolumem & longeuam traducendam continuo deseruiat, exercitium scilicet, quod quantum conferat pró sanitate tuenda, nunc probandum venit. ostensum est superius naturam nostram in continua versari dissolutione, & hac de causa quotidiana indigere repositione, quam quidem repositionem adamussim fieri per cibos impossibile esse diximus ob excremẽta, quæ necessario ex diuersitate ciborum à natura nostra aggregantur in

cor-

corpore nostro, & quæ, nisi quamprimum expellantur è corpore, morbos inducere facillime valent, & mortem accelerare; verum quia ferè quotidie aggregantur excrementa, quotidie quoque euacuari postulant, quod præstari commodius & facilius nō potest quam exercitio; quod calorem naturalem excitando, expulsiuam facultatem incitat ad superflua educenda; qua ratione ductus Aristoteles in problematibus dixit, cur cibum imminuere, laborem augere salubre est? an quod causa ægrotandi est multitudo excrementorum? quæ quidem fit quoties nutrimenti adsit excedentia, aut exercitiorum imminutio, quam quidem rationem crediderim ego Aristotelem ab Hippocrate mutuasse qui sexto epidemiorum ait, in hoc sanitatis conseruatio collocatur, vt ciborum satietas euitetur, & exercita-

tiones

tiones corporis in fræquenti vsu habeantur: quæ quidem exercitationes sanitatem conseruare dicuntur, quia calorem augendo, facultatem excretricem incitant ad mouenda & educēda excrementa; quæ si retineantur, morbos inducere facile possunt, & si non moueantur, putredinem facile contrahunt, quod exemplo aquæ stagnantis probatur, quæ quia non mouetur, putresit ex Aristotele prima sectione problematum 53. exercitiū insuper otij detrimenta tollit, vitia scilicet, in quæ cadere ociosum nimis necesse est, cum otij in vitium transitus ferè sit necessarius: sed hæc parum aut nihil ad sanitatem tuendā nobis proderūt, nisi simul cognoscamus, quid sit hoc exercitium, quantū esse debeat, quando fieri debeat, & quæ eius sint vtilitates, exercitium definiuit Galenus secundo de sanitate tuenda capi-
te

te secundo, esse motum voluntariũ vehementiorem factum, cuius terminum idẽ Galenus voluit esse anhelitus alterationem, idest cum anhelitus factus fuerit maior, celerior, & vehemẽtior, tunc enim corpus intumescit, color floridus apparet, & homo prompte atq; concinne mouetur, quod quidem exercitiũ, si moderatum fuerit, & æquale, idest omnia æqualiter mouens mẽbra, quale est ludus paruæ pilæ, tunc optimũ erit, & eo magis, si huiusmodi exercitium fiat cum gaudio, & lętitia, quibus anima nostra simul fruitur, & sine quib⁹ quæuis exercitatio nihil aut parum certè cõmodi affert, cũ anima dominetur corporis, optimũ, inquã erit tale exercitiũ, quia rẽperabit corpora, superfluitates expellet, & humiditates, atq; disponet corp⁹ ad nutritionẽ, & augmẽtum corporis, sec⁹ verò acidit homi-

homini si immoderato, & intempe-
stiuo vtatur exercitio quod calorem
naturalem diffundendo disperden-
doq; spiritus dissipat, calorem inflã-
mat, humiditates naturales è corpo
re educit, neruos eneruat, senectu-
tem accelerat, & quamuis dictum
exercitium immoderatũ calefaciat
per se, & primario, per accidens ta-
men seu secundario dicitur refrige-
rare, quia dissipat ac dissoluit nati-
uum calorem, seu eius humidum ra-
dicale, & ideo nemini mirum erit, si
Aristoteles libro de longitudine, &
breuitate vitæ dixit, laboriosos bre
uioris esse vitæ, & citius senescere,
quia scilicet eorum humidum radica
le citius resoluatur; quod si forte for
tuna contingat aliquem necessitate
ductum in nimio exercitio positum
esse, ante cibum parumper quiesce-
re oportet, vt calor præ labore ad
exte-

exteriora retractus & intensior factus contemperetur, & ad interiora reuocetur, sicuti otiosum ante cibum exerceri vtile maxime erit, vt calor sopitus excitetur: quo tempore verò exercitium fieri debeat, consulendus venit Hippocrates libro de salubri dieta, vbi vult exercitium tunc faciendum esse, cum prior cibus confectus fuerit, & in sanguinem conuersus, vt euitetur attractio cruditatum ad ambitum corporis, quæ sequeretur, si exercitiũ ante dictam ciborum concoctionem fieret; quod si etiam fiat exercitium multo post tertiam concoctionem, & superueniente fame, auget bilem flauam, quorum vtrunq; nocuum maxime est, & grauissimos morbos inducens; cognoscetur veró hora exercitij faciendi ab vrina, si modice palleat, & non sit aquæa aut flaua ex Galeno secundo de sanitate tuenda cap.

secundo, & Hippocrate secundo aphorismorum vigesimo sexto, dũ ait, vbi fames laborandum non est, quia scilicet famescens cum nihil habeat quod consumat, reliquum est vt labore calorem adaugeat, & humidum radicale citius consumat, & ideo quiete potius tunc vtẽdum erit, quæ quidem quies si moderate adhibeatur, vires omnes recuperare videtur, & lassitudinem aufert ex Hippocrate secundo aphorismorũ quadragesimooctauo, si verò immoderata duret, corpus hebetat, sopit & ignauum reddit calorem naturalem, ipsumq; duplici modo refrigerat, nempe calorem suffocando & excremẽta accumulando, quapropter illis solummodo censuerim ego conferre quietem, quorum corpora referta reperiuntur cachochymia aut plectoria, & lassitudinem sentiunt; ea enim si exerceantur, facillime corripiuntur

piuntur morbo comitiali, aut apoplexia, aut rupto vase aliquo in pulmone, phtisi prehenduntur, aut deniq; si praui humores ad cutim expulsi fuerint, vlceribus aut scabie detinentur, vt voluit Galenus tertio aphorismorum comento vigesimo. consuetudo pariter contemplanda venit pro exercitijs oportune, & commode faciendis, iuxta Hippocratem secundo aphorismorum quadragesimo nono, dum ait, consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles & senes, nō consuetis quamuis fortibus, & iuuenibus facilius ferunt. temperamenta quoque, & habitus considerari debent pro exercitio commode faciendo, nam calidiores natura mediocres exercitationes requirunt, vt ait Galenus quarto aphorismorum comento 13. frigidi autē natura exerceri fortiter debent, nā quiete dema-

crantur ob concoctionis debilitatem & excrementorum multitudinem, eadem ratione pinguiores quiete marcescunt, graciles autem pinguescunt. anni deniq; tempora considerantur pro salubriter exercẽdo corpore nostro; hyeme enim fortiores longioresq. esse debent exercitationes, æstate autem molliores breuioresq; ex Hippocrate libro de salubri dieta. his adhibitis de exercitio cautionibus multa sequentur non pauci momenti commoda, nempe membrorum durities, caloris innati augmentum, & spiritus subtilitas; his accedet promptitudo ad laborem, si necessitas vrgeat; perfectior, copiosiorq; nutritio, & meatuum latitudo, excrementorũq; facilior expulsio, quibus obseruatis omnibus sanitatem conseruari & vitam produci necesse est.

*De somno, & vigilia.* Cap. XXXV.

PRimum in natura locum motũ habere, superiori capite satis superq; pro rei necessitate probatum fuit, in presenti autem non infimum quieti locum in rerum natura dandum esse, probare decreuimus, definitur enim natura per motum & quietem ab Aristotele, & Auerroe in libris de Cælo pluribus in locis, ita vt cæli corpora & ipsa ex duobus existere motibus, circularibus scilicet aut quiescentibus voluerit Auerroes secundò cæli comento 51. in sublunaribus veró nihil prorsus reperies quod quiete interdum non potiatur, quę quidem quies quamuis priuatio motus sit, requiritur tamén in naturalibus, ne ex continuo motu resolutio importuna fiat, & ideo natura ipsa

quamuis primario calorem innatum in corpore humano ad actum reducere intendat, vt operationes omnes tam animales quam vitales & naturales optime exerceat, secundario tamē calorem ipsum innatum ad intra nonnunquam reuocare intendit; vt sumptum alimentum concoquat & vires recuperentur ad dicta vitæ munia rursus, & promptius obeunda, hoc autem completur potissimum somno tanquam quiete, qui somnus, vt ab eius definitione ordiamur, est reditus spiritus animalis ab instrumentis sensuum & motus ad suum principium, ex dispositione sensus communis; vnde fit impotens ad munia sua obeunda, ad comprehendendum scilicet obiecta exteriorum sensuum mediocriter imprimentia. porrò hic somnus alius est moderatus alius immoderatus, alius noctur-

nus,

nus, alius diurnus, alius fit tempore oportuno, alius importuno fit tempore: moderatus est qui communiter a ſex horis vſque ad octo horas extenditur in die naturali, & huiuſmodi ſomnus reparat facultates animales, coctiones ciborum ingeſtorum, interiora calefaciendo, perficit, cruditatum coctiones adiuuat, curas obliuioni tradit, iracundiam compeſcit, dolores omnes tum animi tum corporis ſedat, omnia corporis membra humectat, vires à labore prægreſſo reſolutas, calorem naturalem adaugēdo, reſtaurat, laſſitudinem aufert, fluxiones omnes ſudore excepto aut fluxu ſanguinis è naribus, aut hæmorrhoidibus retinet, & ad labores corpora promptiora reddit. immoderatus verò ſomnus eſt, qui tempus præfixum longius producit, & talis ſomnus caput vaporibus grauando,

mentis aciem obtundit, memoriam diminuit, animales facultates enervat, pituitosos humores multiplicando, corpora infrigidat, & calorem innatum exitinguit instar ignis, qui si nulla aura ventiletur, extinguitur, homines insuper, calorem diutius concentrando, & pituitam generando, decolores reddit, pituitosis morbis nocet, & cachochimum corpus efficit. de tempore autem somni procurãdi agentes, dicemus somnum nocturnum omnium præstantissimum esse, siquidem naturali humiditate & quiete sua animum in somnum deducens, concoctionem omnibus modis absoluit; sed interdiu captus haud omnibus est idoneus, tempus enim quo obdormiscunt ad absolutam ciborum concoctionem non sufficit, interrupta enim ante horam suam cõcoctione à meridie resurgentes, subin

de

de acidos ructus edunt, & flatibus replentur, nonnulli verò fluxione ventris infestantur, nisi vel ex consuetudine, vel sufficienti somno vsi, eiusmodi mala effugiât; præterea dictus somnus diurnus caput vaporibus replet, catarros, capitis dolores, & anginas generat, humidos inducit morbos, calorem inficit, neruos eneruat, segnitiem parit, febres amphimerinas & abscessus inducit, & mentis stupiditatem affert: nolumus tamen dictum somnum meridianum ita vituperandum esse, vt nullus ei nullibi detur locus, quin nonnullis adhibitis cautionibus admitti possit, nam si cõsuetus sit, si non sit ilico supra cibum, si capite non depresso somnus fiat, si admodum non extendatur, si deniq; ab eo non fiat subita expergefactio, vtiq; admitti poterit: nolumus pariter somnum eadem temporis mẽsura

P 4 me-

metiendum hyeme & æstate, aut vere & autumno, nam Hippocrates primo aphorismorũ decimoquinto vult hyeme somnum longiorem esse, quia tunc temporis sanguis ad viscera colligitur, alimenta copiosiora sumuntur, concoctio fit validior, & inde vapor multus & suauis cum sanguine ad caput euolat, qui mentem opprimit, & meatus occludit facultatis animalis, accedit etiam frigus ambiens non permittens dictos vapores capitis dissolui, vt post somnum, nisi longo tempore vigilia sequatur; neq; dicendum æstate somnum similiter fieri longum, cum talis somnus sit potius somnolentia quædam interrupta, quia eleuantur multi vapores adusti & accensi ad caput propter malas factas digestiones, ob caloris acrimoniam, & plurimum potum tali tempore assumptum. cæterum vt
som-

somnus absolute bonus dici possit, nonnulla de dormientium positione dicenda veniunt, vt scilicet primo super latus dextrum collocetur homo, toto corpore, brachijs, ac cruribus modice contractis, magis quidem hyeme ad calorem ventris augendum, minus vere & æstate, capite parum eleuato, ita vt super latus dormiens caput parem humero superiori seruet altitudinem; dormiet itaque primum super latus dextrum quoniam concoctio ventriculi à calore iecoris adiuuatur, & facilius descendit cibus ad imum ventriculum, & in iecur deducitur, alimenta citius in corpus distribuuntur, & alui leuitas acquiritur, ad finem autem somni, si expergiscatur, ad sinistrum latus se conuertat, quoniam tunc dextri lateris onus expedit, competitq; frigidum haben-
tibus

tibus ventriculum, leuem habentibus aluum, & iocinori calidiori, ſicuti sõnus ſuper ventrem factus maxime circa finem concoctionis, pituitam, quę in ventriculo relinqui ſolet, tunc ſuperat, ventriculi coctionem mirum in modum adiuuat, & calorem implantatum ventriculi conſeruat; ſomnus verò ſupra dorſum, ſeu ſupine factus, nullo modo probari poteſt, nam alimentum fluctuare, & ſurſum repere facit, alimentum tardius concoquit, Incubum, Epilepſiam, Paraliſim, & Apoplexiam inducit, & catarros multiplicat. ſomno deniq. vigiliam opponi videmus, quę ſi moderata ſit, excitat ſummopere ſenſus, & vires diſponit ad exercendum operationes ſuas, & cum hoc mundificat corpus à fæcibus & ſuperfluitatibus; ſi autem immoderata ſit, exſiccando, arridum corpus reddit, coctionem diminuit, ſpiri-

ſpiritus reſoluit, ſplendorem, & claritatem corporis corrumpit, oculos concauat, mentem tollit, & corpus infrigidat. hæc dicta voluimus candide lector, vt medium in ſomno & vigilia iuxta præcepta tradita eligatur, quò mediante ſanitas diù ſuperſtes conſeruetur.

*De inanitione, & repletione. Caput trigeſimumſextum.*

NAturam noſtram in elementorum cõmoderatione tanquã in medio conſiſtere, nullumq; exceſſum immoderatum, aut defectũ ſine euidenti noxa tolerare à medicis omnibus rationalibus in confeſſo habetur, & ideo non abſque ratione, nimium omne, vt quod mediũ deſtruat, hominis conſiſtentiam diſſoluere cenſuit ſenex noſter Hippocrates, dum ſe

cundo

cundo aphorismorum quinquagesimoprimo ait, vniuersim atq; repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere; periculosum, quia, inquit, omne nimiũ est naturæ inimicum, & quò mutationes istæ maiores fuerint, periculosiores pariter fiunt minusq; tolerabiles, sic testante eodẽ Hippocrate 3. aphorismorum primo, dum ait, mutationes temporũ potissimum pariunt morbos, vbi Galenus in comento vult dictas mutationes, vt pariant morbos, magnas esse debere, & subito factas. cæterum huius rei veritas sicuti passim omnibus in rebus non naturalibus probari potest, sic in repletione summa, & inanitione maxime elucescere videtur: repletio namq; vltimata sanguinis, vt ab humore omnium optimo initium

tium capiamus, nisi quamprimum diminuatur, bone Deus, quid periculi non affert? vel enim vasa disrumpuntur, aut calor natiuus suffocatur, & extinguitur; aut spiritus animalis intercipitur, & apoplexia à sanguine superuenit: non mirum igitur si huiuscemodi repletio tantopere damnatur ab Hippocrate primo aphorismorum tertio; dum ait, habitus exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt periculosi &c. quia scilicet necesse est vt morbo à plenitudine corripiantur, nisi quamprimum diminuantur: quod si repletio sanguinis laudabilis, qui thesaurus vitæ habetur, tantum periculi in se continet, quid de repletione cæterorum humorum aut ciborum, qui aut à natura alieni sunt, aut nundum superati, spectandum erit? aliud profecto nihil, quam mors

propin-

propinqua; homines namq; sanguine inculpato expertes non modo in sanitate diù viuere, sed ne paucos quidem dies viuere possunt, ratio est, q̃a vita hominis in calore innato, vt diximus, potissimum consistit, qui calor spiritibus tanquam instrumentis ad vitam producendam vtitur, spiritus verò in sanguine laudabili, & inculpato sedem suam præcipue tenent, hic sanguis si non adsit, vita & ipsa haud esse poterit. ciborum autem vltimata repletio si per longam inediam non superetur, cruditates necessario, calorem naturalem suffocando, gignere debet, quibus præsentibus vel nouæ cachochimiæ multiplicantur, aut obstructiones introducuntur, aut lienteriæ concitantur, aut deniq; colricę passiones superueniũt: summã hactenus repletionẽ reprobauimus, ad quã homines maximo excidij sui periculo

sæpius accedere videntur, reliquũ est nunc de inanitione verba faciamus, & primum videamus cũ Galeno secũdo de natura humana, an verum sit, quod nonnulli temporis sui homines probare tentarunt, inanitiones, scilicet morborũ causas non esse, quia nõ habeant causas materiales morbos fouentes; sed isti parum prudentes nõ animaduertunt, quibus morbis, ij, qui immoderate sunt euacuati, corripiãtur; nam facillime ex quacunq; occasione refrigerantur, & celerrime vicissim exuruntur, lassitudinibus nullo ferme negotio corripiuntur, ijsdem quoq; animi passiones v. g. ira, mœror, vigilia quoque & cruditates morbos afferre leui de causa possunt; non animaduerterunt pariter quod scriptum fuit ab Aristotele libro de longitudine & breuitate vitę calcem versus, dum ait, extreme

ieiu-

ieiunantes, & alimentum non sumentes corrumpuntur, quia eorum calor se ipsum, alimenti defectu, consumit, sicuti etiam cito senescuint, & immature moriuntur quicunque in iuuentute sæpius pharmaca suscipiunt, quia medicamentum purgans, spiritus inaniendo, calorem naturalem eneruat, quæ quidem omnia exemplo facile probari possunt eorum quibus sanguis immodice effluit, ij etenim aut derepente moriuntur, aut hydrope corripiũtur, aut cacho chimiã contrahunt, quinimo, si abscessus, aut aqua intercus aperiatur, Hippocrates 6. aphorismorũ vigesimo septimo nos admonitos voluit, ne pus aut aqua vel aliud quidpiam in eis cõtentum vniuersim effluat, quia mors sequitur. quod si forte contingat inanitione summa aliquem detineri, non statim

piuntur morbo comitiali, aut apople xia, aut rupto vase aliquo in pulmone, phtisi prehenduntur, aut deniq; si praui humores ad cutim expulsi fuerint, vlceribus aut scabie detinentur. vt voluit Galenus tertio aphorismorum comento vigesimo. consuetudo pariter contemplanda venit pro exercitijs oportune, & commode faciendis, iuxta Hippocratem secundo aphorismorum quadragesimonono, dum ait, consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles & senes, nõ consuetis quamuis fortibus, & iuuenibus facilius ferunt. temperamenta quoque, & habitus considerari debent pro exercitio commode faciendo, nam calidiores natura mediocres exercitationes requirunt, vt ait Galenus quarto aphorismorum comento 13. frigidi autẽ natura exerceri fortiter debent, nã quiete dema-

crantur ob concoctionis debilitatem & excrementorum multitudinem, eadem ratione pinguiores quiete marcescunt, graciles autem pinguescunt. anni deniq; tempora considerantur prò salubriter exercẽdo corpore nostro, hyemè enim fortiores longioresq. esse debent exercitationes, æstate autem molliores breuioresq; ex Hippocrate libro de salubri dieta. his adhibitis de exercitio cautionibus multa sequentur non pauci momenti commoda, nempe membrorum durities, caloris innati augmentum, & spiritus subtilitas; his accedet promptitudo ad laborem, si necessitas vrgeat; perfectior, copiosiorq; nutritio, & meatuum latitudo, excrementorũq; facilior expulsio, quibus obseruatis omnibus sanitatem conseruari & vitam produci necesse est.

*De somno, & vigilia. Cap. XXXV.*

PRimum in natura locum motũ habere, superiori capite satis superq; pro rei necessitate probatum fuit, in presenti autem non infimum quieti locum in rerum natura dandum esse, probare decreuimus, definitur enim natura per motum & quietem ab Aristotele, & Auerroe in libris de Cælo pluribus in locis, ita vt cæli corpora & ipsa ex duobus existere motibus, circularibus scilicet aut quiescentibus voluerit. Auerroes secundo cæli comento 51. in sublunaribus veró nihil prorsus reperies quod quiete interdum non potiatur, quę quidem quies quamuis priuatio motus sit, requiritur tamen in naturalibus, ne ex continuo motu resolutio importuna fiat, & ideo natura ipsa

quamuis primario calorem innatum in corpore humano ad actum reducere intendat, vt operationes omnes tam animales quam vitales & naturales optime exerceat, secundario tamẽ calorem ipsum innatum ad intra nonnunquam reuocare intendit, vt sumptum alimentum concoquat & vires recuperentur ad dicta vitæ munia rursus, & promptius obeunda, hoc autem completur potissimum somno tanquam quiete, qui somnus, vt ab eius definitione ordiamur, est reditus spiritus animalis ab instrumentis sensuum & motus ad suum principium ex dispositione sensus communis, vnde fit impotens ad munia sua obeunda, ad comprehendendum scilicet obiecta exteriorum sensuum mediocriter imprimentia. porrò hic somnus alius est moderatus alius immoderatus, alius nocturnus,

nus, alius diurnus, alius fit tempore oportuno, alius importuno fit tempore: moderatus est qui communiter a sex horis vsque ad octo horas extenditur in die naturali, & huiusmodi somnus reparat facultates animales, coctiones ciborum ingestorum, interiora calefaciendo, perficit, cruditatum coctiones adiuuat, curas obliuioni tradit, iracundiam compescit, dolores omnes tum animi tum corporis sedat, omnia corporis membra humectat, vires à labore prægresso resolutas, calorem naturalem adaugẽdo, restaurat, lassitudinem aufert, fluxiones omnes sudore excepto aut fluxu sanguinis è naribus, aut hæmorrhoidibus retinet, & ad labores corpora promptiora reddit. immoderatus verò somnus est, qui tempus præfixum longius producit, & talis somnus caput vaporibus grauando,

mentis aciem obtundit, memoriam diminuit, animales facultates eneruat, pituitosos humores multiplicando, corpora infrigidat, & calorem innatum extinguit instar ignis, qui si nulla aura ventiletur, extinguitur, homines insuper, calorem diutius concentrando, & pituitam generando, decolores reddit, pituitosis morbis nocet, & cachochimum corpus efficit. de tempore autem somni procurãdi agentes, dicemus somnum nocturnum omnium præstantissimum esse, siquidem naturali humiditate & quiete sua animum in somnum deducens, concoctionem omnibus modis absoluit; sed interdiu captus haud omnibus est idoneus, tempus enim quo obdormiscunt ad absolutam ciborum concoctionem non sufficit, interrupta enim ante horam suam cõcoctione à meridie resurgentes, subin

de

de acidos ructus edunt, & flatibus re-
plentur; nonnulli verò fluxione ven-
tris infestantur, nisi vel ex consuetu-
dine, vel sufficienti somno vsi, eius-
modi mala effugiāt; præterea dictus
somnus diurnus caput vaporibus re-
plet, catarros, capitis dolores, & an-
ginas generat, humidos inducit mor
bos, calorem inficit, neruos eneruat,
segnitiem parit, febres amphimeri-
nas & abscessus inducit, & mentis stu
piditatem affert: nolumus tamen di-
ctum somnum meridianum ita vitu-
perandum esse, vt nullus ei nullibi de-
tur locus, quin nonnullis adhibitis
cautionibus admitti possit, nam si cō-
suetus sit, si non sit ilico supra cibum,
si capite non depresso somnus fiat, si
admodum non extendatur, si deniq;
ab eo non fiat subita expergefactio,
vtiq; admitti poterit: nolumus pari-
ter somnum eadem temporis mēsura

metiendum hyeme & æstate; aut vere & autumno, nam Hippocrates primo aphorismorū decimoquinto vult hyeme somnum longiorem esse, quia tunc temporis sanguis ad viscera colligitur, alimenta copiosiora sumuntur, concoctio fit validior, & inde vapor multus & suauis cum sanguine ad caput euolat, qui mentem opprimit, & meatus occludit facultatis animalis, accedit etiam frigus ambiens non permittens dictos vapores capitis dissolui, vt post somnum, nisi longo tempore vigilia sequatur; neq; dicendum æstate somnum similiter fieri longum, cum talis somnus sit potius somnolentia quædam interrupta, quia eleuantur multi vapores adusti & accensi ad caput propter malas factas digestiones, ob caloris acrimoniam, & plurimum potum tali tempore assumptum. cæterum vt

som-

somnus absolute bonus dici possit, nonnulla de dormientium positione dicenda veniunt, vt scilicet primo super latus dextrum collocetur homo, toto corpore, brachijs, ac cruribus modice contractis, magis quidem hyeme ad calorem ventris augendum, minus vere & æstate, capite parum eleuato, ita vt super latus dormiens caput parem humero superiori seruet altitudinem; dormiet itaque primum super latus dextrum quoniam concoctio ventriculi à calore iecoris adiuuatur, & facilius descendit cibus ad imum ventriculum, & in iecur deducitur, alimenta citius in corpus distribuuntur, & alui leuitas acquiritur, ad finem autem somni, si expergiscatur, ad sinistrum latus se conuertat, quoniam tunc dextri lateris onus expedit, competitq; frigidum haben-

tibus ventriculum, leuem habentibus aluum, & iocinori calidiori, ſicuti ſōnus ſuper ventrem factus maxime circa finem concoctionis, pituitam, quę in ventriculo relinqui ſolet, tunc ſuperat ventriculi coctionem mirum in modum adiuuat, & calorem implantatum ventriculi conſeruat; ſomnus verò ſupra dorſum, ſeu ſupine factus, nullo modo probari poteſt, nam alimentum fluctuare, & ſurſum repere facit, alimentum tardius concoquit, Incubum, Epilepſiam, Paraliſim, & Apoplexiam inducit, & catarros multiplicat. ſomno deniq. vigiliam opponi videmus, quę ſi moderata ſit, excitat ſummopere ſenſus, & vires diſponit ad exercendum operationes ſuas, & cum hoc mundificat corpus à fæcibus & ſuperfluitatibus; ſi autem immoderata ſit, exſiccando, arridum corpus reddit, coctionem diminuit,

ſpiri-

ſpiritus reſoluit, ſplendorem, & claritatem corporis corrumpit, oculos concauat, mentem tollit, & corpus infrigidat. hæc dicta voluimus candide lector, vt medium in ſomno & vigilia iuxta præcepta tradita eligatur, quò mediante ſanitas diù ſuperſtes conſeruetur.

### *De inanitione, & repletione. Caput trigeſimumſextum.*

NAturam noſtram in elementorum cõmoderatione tanquã in medio conſiſtere, nullumq; exceſſum immoderatum, aut defectũ ſine euidenti noxa tolerare à medicis omnibus rationalibus in confeſſo habetur, & ideo non abſque ratione, nimium omne, vt quod mediũ deſtruat. hominis conſiſtentiam diſſoluere cenſuit ſenex noſter Hippocrates, dum ſe

cundo

cundo aphorismorum quinquagesimoprimo ait, vniuersim atq; repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum, quia, inquit, omne nimiũ est naturæ inimicum, & quò mutationes istæ maiores fuerint, periculosiores pariter fiunt minusq; tolerabiles, sic testante eodẽ Hippocrate 3. aphorismorum primo, dum ait, mutationes temporũ potissimum pariunt morbos, vbi Galenus in comento vult dictas mutationes, vt pariant morbos, magnas esse debere, & subito factas. cæterum huius rei veritas sicuti passim omnibus in rebus non naturalibus probari potest, sic in repletione summa, & inanitione maxime elucescere videtur: repletio namq; vltimata sanguinis, vt ab humore omnium optimo ini-
tium

tium capiamus, nisi quamprimum diminuatur, bone Deus, quid periculi non affert? vel enim vasa disrumpuntur, aut calor natiuus suffocatur, & extinguitur; aut spiritus animalis intercipitur, & apoplexia à sanguine superuenit: non mirum igitur si huiuscemodi repletio tantopere damnatur ab Hippocrate primo aphorismorum tertio, dum ait, habitus exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt periculosi &c. quia scilicet necesse est vt morbo à plenitudine corripiantur, nisi quamprimum diminuantur: quod si repletio sanguinis laudabilis, qui thesaurus vitæ habetur, tantum periculi in se continet, quid de repletione cæterorum humorum aut ciborum, qui aut à natura alieni sunt, aut nundum superati, spectandum erit? aliud profecto nihil, quam mors

propin-

propinqua: homines namq; sanguine inculpato expertes non modo in sanitate diù viuere, sed ne paucos quidem dies viuere possunt, ratio est, q̃a vita hominis in calore innato, vt diximus, potissimum consistit, qui calor spiritibus tanquam instrumentis ad vitam producendam vtitur, spiritus verò in sanguine laudabili, & inculpato sedem suam præcipue tenent, hic sanguis si non adsit, vita & ipsa haud esse poterit. ciborum autem vltimata repletio si per longam inediam non superetur, cruditates necessario, calorem naturalem suffocando, gignere debet, quibus præsentibus vel nouæ cachochimiæ multiplicantur, aut obstructiones introducuntur, aut lienteriæ concitantur, aut deniq; colericę passiones superueniũt: summã hactenus repletionẽ reprobauimus, ad quã homines maximo excidij sui periculo

sæpius accedere videntur, reliquũ est nunc de inanitione verba faciamus, & primum videamus cũ Galeno secũdo de natura humana, an verum sit, quod nonnulli temporis sui homines probare tentarũt, inanitiones scilicet morborũ causas non esse, quia nõ habeant causas materiales morbos fouentes; sed isti parum prudentes nõ animaduertunt, quibus morbis, ij, qui immoderate sunt euacuati, corripiãtur; nam facillime ex quacunq; occasione refrigerantur, & celerrime vicissim exuruntur; lassitudinibus nullo ferme negotio corripiuntur, iisdem quoq; animi passiones v. g. ira, mœror, vigilia quoque & cruditates morbos afferre leui de causa possunt; non animaduerterunt pariter quod scriptum fuit ab Aristotele libro de longitudine & breuitate vitę calcem versus, dum ait, extreme

ieiu-

ieiunantes, & alimentum non sumentes corrumpuntur, quia eorum calor se ipsum, alimenti defectu, consumit, sicuti etiam cito senescunt, & immature moriuntur quicunque in iuuentute sæpius pharmaca suscipiunt, quia medicamentum purgans, spiritus inaniendo, calorem naturalem eneruat; quæ quidem omnia exemplo facile probari possunt eorum quibus sanguis immodice effluit, ij etenim aut derepente moriuntur, aut hydrope corripiũtur, aut cachochimiã contrahunt, quinimo, si abscessus, aut aqua intercus aperiatur, Hippocrates 6. aphorismorũ vigesimo septimo nos admonitos voluit, ne pus aut aqua vel aliud quidpiam in eis cõtentum vniuersim effluat; quia mors sequitur. quod si forte contingat inanitione summa aliquem detineri, non sta-

tim ad repletionem notatu dignam, deuenire licet, cum natura nostra has subitas nõ patiatur mutationes, sed illud obseruandum est, quod miro modo traditur ab Hippocrate, & Galeno secundo aphorismorum, aphorismo, & comento octauo vbi scribitur, quæ longo tempore extenuantur corpora lente reficere oportet, quæ verò breui, breuiter; lente reficere primo loco dixit, quia in longo tempore extenuatis facta est solidarũ partium consumptio & eliquatio, que longo indigent tempore vt resarciãtur, tum etiam quia instrumenta cõctionis reddita sunt gracilia, secus autem accidere dixit illis corporibus, quæ breui tempore extenuata fuêre, quod in ijs soli humores, & spiritus sint euacuati, qui facillime & breui temporis interuallo regenerantur à robore partium solidarum

relicto. non inutile etiam erit animaduertere, quod homines colerici, & calorem naturalem ad igneam naturam propensiorem habentes, minus alijs naturis inediam tolerant, alioquin febribus facillime corripiuntur, vt testatur Galenus secundo aphorismorum comento vigesimosecundo, pluri igitur cibo cibandi veniunt, vt eorum vires integræ permaneant, sicuti pariter in ætate adolescente constituti, quos plurimo cibo nutriri consulit Hippocrates primo aphorismorum decimoquarto, quia scilicet plurimum calidi innati habeant. hæc sunt candide lector, quæ circa inanitionem, & repletionem pensanda esse voluimus; vt earum extremis tanquam vitiosis reiectis ad medium tanquam naturæ nostræ familiare accedere quisque possit; inanitionem excrementorum consulto omis-

omissam hoc loco voluimus, ne quæ de eis superius scripta fuere in capite de motu, hic superflue repetamus.

*De Venere, Cap. trigesimumseptimum.*

INter inanitiones, venerem principem habere locum, omnes medicinę professores passim testantur, quod mirum nemini haudquaquam esse debet, quia si ea immodice quispiam vtatur, maxime omnium exolui videtur: tria enim in venere potissimum considerantur, quorum ratione vires maxime prosternuntur; semen scilicet materialiter sumptum, spiritus, qui seminis causa formalis censetur, & voluptas quæ in venere maxima persentitur. neque obstandum erit hoc loco, ex semine materialiter sumpto, & per venerem excreto, quicquam detrimenti percipi pos-

se, cum semen materialiter sumptum excrementum sit, excrementa autem si in corpore retineantur, nocua potius esse soleant, excreta verò maxime prosint; quia semen excrementũ quidem est non tamen inutile aut præternaturam, sed vtile & secundũ naturam, licet superabundans corporis partibus, & vt tale transmissum ad testes vt illud recipiant & præparent prò generatione; huiusmodi tamen est antequam ad testes transmittatur, vt temporis progressu futuro alimento deficienti supplere etiam facile possit, & ideo si vltra eius superfluitatem excernatur; quemadmodum contingit in immoderata venere, hac solum ratione vires prosterni multum solent; maxime verò omnium venus ipsa immoderata humano generi noxia esse solet ratione spirituum, qui in magna

quan-

quantitate à toto decidi solent ob motum in coitu factum, & ob delectationem ad genitalia confluunt, & tandem effluunt; addatur, quod cum spiritus isti præcipuum calidi innati sint instrumentum, mirum haudquaquam erit si ex coitu tanta sequatur virium exolutio, & calidi innati refrigeratio; sicuti mirum cuiquam neque etiam esse deberet, si proles vt plurimum assimiletur in toto aut in parte ipsis parentibus, quia a simili nisi simile produci potest. tertio loco inter ea quæ in venere considerantur, voluptatem recensuimus, quæ, medice loquendo, oritur ex abundanti, & confertim facta expulsione seminis spirituosi, & ex citato sensu titillationis in pudendis, quorum ratione vires ipsæ quoq; eneruantur: hinc colligitur mares in coitu magis exolui fæminis,

quia intensius delectantur, delectantur autem intensius quia maior fit expulsio seminis calidioris & spiritu vberiori referti, cuius spiritus ratione exolutio fit præcipue; fœminæ verò extensius in coitu delectari possunt tũ ratione seminis viri quod concipitur, tum ratione seminis proprij eiaculati; hinc etiam colligitur frequentius coeuntes minus delectari, quia tales in semine pauciores habet admixtos spiritus,& vias patentiores, idcircoq; semen exit ferè sine titillatione; indita quin etiam fuit hominibus in venere maxima voluptas ratione propagationis speciei tanquam finis, quem nisi plures homines ratione & consilio præditi animaduerterent, ad huiuscemodi prouinciam obscænitate vndiq; plenam nunquam profectò se accingerent, minusq; etiam mulieres in maritum amplexum ruerent,

quæ

quæ & dum vtero gerunt, & pariunt, aut filios natos educant, maximis, longis,ditisq; cruciatibus afficiuntur, nisi voluptate maxima ad coitum pel licerentur. cæterum si moderate & tempestiue venus ipsa exerceatur, præterquam quod speciem ipsam conseruat & propagat, nonnullas etiam & non pauci momenti afferre potest vtilitates, quas recensere non inutile erit, si prius tamen docuerimus, quinam apti sint ad venerem, qui inepti, quibus venus noxia sit aut innoxia, & qua temporis tempestate venus ipsa innoxie exerceri possit. quanquam igitur homines cæteris animantibus sint salatiores,vt potè qui proportione corporis sui semine magis abundant, abundant veró magis, quia ad temperamentum calidum & humidum cæteris animantibus propius accedunt, quod temperamentũ

aptum maxime est multum seminis producere, reperiuntur tamen homines nonnulli, qui à prædicto temperamento recedentes, aut humido dominante pinguiores sunt, & tales minus appetunt coitum, minusque fæcundi sunt, quia totum ferè alimẽtum absumitur in carnem & excrementum vtile in pinguedinem; aut in magnitudine excedunt, & isti pariter minus appetunt coitum, & si coeunt, facile resoluuntur, quia in corpus magnum multa absumitur alimẽti copia, & ideo excrementa pauca congregantur vtilia, semen autem excrementum est; inepti quin etiam rei venereæ reperiuntur homines frigidi & sicci, emaciati, senes, & quauis de causa debiliores facti, qui verò temperamento prædicto calido & humido præditi sunt, ij sine noxa veneri

operam

operam libere dare possunt, modo tamen tempestiue id præstent, dum scilicet semen præ eius multitudine turget, tunc enim aleuiatur corpus onere, quo antea deprehensum videbatur, calor naturalis vegetior redditur, & superflua absumuntur; & si tali in casu venus intermittatur, multa sequuntur incommoda, seminis videlicet corruptio, genitalium contabescentia vel fætor, ciborum fastidium, capitis grauitas, melancholia, pigrities, & ea omnia symptomata, quæ naturam veneni sapiunt, & quæ mulieres viduæ aut moniales sæpissime patiuntur; anni quoq; tempora pro venere exercenda cōsiderantur, nam hyeme venus non omnino incommoda censetur, quia tunc temporis homines ratione ambientis frigidi interius calidiores facti magis appetunt, & per conse-

quens plurimi sunt cibi, & multi excrementi & vtilis, quod cum a frigore concentrante resolui nõ permittatur, ad genitalia facile confugit: vere etiam tutissima est venus, quia sanguis tunc reperitur copiosus, æstate autem & autumno, aut nunquam, aut rarissime admodum veneri incumbendum esse voluit Cornelius Celsus: hora ipsa quoq; eligi debet, non enim statim post cibum, vt plurimi imprudenter faciunt, veneri indulgendum est, sed post secundam ciborum concoctionem, & corporis ab excrementis exonerationem, alioquin incidunt homines in articularem morbum: summatim igitur dicamus cum Galeno libro artis medicinalis, venerem vtilem esse, si tantum temporis in eius vsu intermittatur, vt neq; resolutio aliqua sentiatur, & homo post-

post coitum se ipso leuior factus sit, ac melius spirare videatur, ptũo enim ipsa venus, superflua euacuando, cor à grauitate liberat, & lætificat, somnum alias interruptum cõciliat, melancholiam moderatur, iracundiam compescit, imaginationes obscœnas tollit, plenitudinem eminentem diminuit, morbis omnibus à pituita prouenientibus, modo vires constent, exiccando conferre videtur, & calorem sopitum, excitando, adaugeat; at si ipsa venus immoderata fiat, quid mali non infert? extenuat, exiccat, animales, & vitales spiritus dissoluit, vniuersum corpus refrigerat, cruditates coaceruat, neruos eneruando, inducit paralysim, atq; tremorem, memoriam diminuit, visum hæbetat, auditum tinnitu afficit, oris fœtorem præbet, morbum deniq; gallicum humano

relicto . non inutile etiam erit animaduertere, quod homines colerici, & calorem naturalem ad igneam naturam propensiorem habentes, minus alijs naturis inediam tolerant, alioquin febribus facillime corripiuntur, vt testatur Galenus secundo aphorismorum comento vigesimosecundo, pluri igitur cibo cibandi veniunt, vt eorum vires integræ permaneant, sicuti pariter in ætate adolescente constituti, quos plurimo cibo nutriri consulit Hippocrates primo aphorismorum decimoquarto, quia scilicet plurimum calidi innati habeant. hæc sunt candide lector, quæ circa inanitionem, & repletionem pensanda esse voluimus, vt earum extremis tanquam vitiosis reiectis ad medium tanquam naturæ nostræ familiare accedere quisque possit; inanitionem excrementorum consulto

omis-

omiſſam hoc loco voluimus, ne quæ de eis ſuperius ſcripta fuere in capite de motu, hic ſuperflue repetamus.

*De Venere, Cap. trigeſimumſeptimum.*

INter inanitiones, venerem principem habere locum, omnes medicinę profeſſores paſſim teſtantur, quod mirum nemini haudquaquam eſſe debet, quia ſi ea immodice quiſpiam vtatur, maxime omnium exolui videtur: tria enim in venere potiſſimum conſiderantur, quorum ratione vires maxime proſternuntur; ſemen ſcilicet materialiter ſumptum, ſpiritus, qui ſeminis cauſa formalis cenſetur, & voluptas quæ in venere maxima perſentitur. neque obſtandum erit hoc loco, ex ſemine materialiter ſumpto, & per venerem excreto, quicquam detrimenti percipi poſ-

se, cum semen materialiter sumptum excrementum sit, excrementa autem, si in corpore retineantur, nocua potius esse soleant, excreta verò maxime prosint; quia semen excrementũ quidem est non tamen inutile aut præternaturam, sed vtile & secundũ naturam, licet superabundans corporis partibus, & vt tale transmissum ad testes vt illud recipiant & præparent prò generatione; huiusmodi tamen est antequam ad testes transmittatur, vt temporis progressu futuro alimento deficienti supplere etiam facile possit, & ideo si vltra eius superfluitatem excernatur, quemadmodum contingit in immoderata venere, hac solum ratione vires prosterni multum solent; maxime verò omnium venus ipsa immoderata humano generi noxia esse solet ratione spirituum, qui in magna

quan-

quantitate à toto decidi solent ob motum in coitu factum, & ob delectationem ad genitalia confluunt, & tandem effluunt; addatur, quod cum spiritus isti præcipuum calidi innati sint instrumentum, mirum haudquaquam erit si ex coitu tanta sequatur virium exolutio, & calidi innati refrigeratio; sicuti mirum cuiquam neque etiam esse deberet, si proles vt plurimum assimiletur in toto aut in parte ipsis parentibus, quia a simili nisi simile produci potest. tertio loco inter ea quæ in venere considerantur, voluptatem recensuimus, quæ, medice loquendo, oritur ex abundanti, & confertim facta expulsione seminis spirituosi, & ex citato sensu titillationis in pudendis, quorum ratione vires ipsæ quoq; eneruantur: hinc colligitur mares in coitu magis exolui fæminis,

quia intensius delectantur, delectantur autem intensius quia maior fit expulsio seminis calidioris & spiritu vberiori referti, cuius spiritus ratione exolutio fit præcipue; fæminæ verò extensius in coitu delectari possunt tũ ratione seminis viri quod concipitur, tum ratione seminis proprij eiaculati; hinc etiam colligitur frequentius coeuntes minus delectari, quia tales in semine pauciores habēt admixtos spiritus,& vias patentiores, idcircoq; semen exit ferè sine titillatione; indita quin etiam fuit hominibus in venere maxima voluptas ratione propagationis speciei tanquam finis, quem nisi plures homines ratione & consilio præditi animaduerterent, ad huiuscemodi prouinciam obscænitate vndiq; plenam nunquam profectò se accingerent, minusq; etiam mulieres in marium amplexum ruerent,

quæ

quæ & dum vtero gerunt, & pariunt, aut filios natos educant, maximis, longis, diritisq; cruciatibus afficiuntur, nisi voluptate maxima ad coitum pel licerentur. cæterum si moderate & tempestiue venus ipsa exerceatur, præterquam quod speciem ipsam conseruat & propagat, nonnullas etiam & non pauci momenti afferre potest vtilitates, quas recensere non inutile erit, si prius tamen docuerimus, quinam apti sint ad venerem, qui inepti, quibus venus noxia sit aut innoxia, & qua temporis tempestate venus ipsa innoxie exerceri possit. quanquam igitur homines cæteris animantibus sint salatiores, vt potè qui proportione corporis sui semine magis abundant, abundant veró magis, quia ad temperamentum calidum & humidum cæteris animantibus propius accedunt, quod temperamentũ

aptum maxime est multum seminis producere, reperiuntur tamen homines nonnulli, qui à prædicto temperamento recedentes, aut humido dominante pinguiores sunt, & tales minus appetunt coitum, minusque fæcundi sunt, quia totum ferè alimẽtum absumitur in carnem & excrementum vtile in pinguedinem; aut in magnitudine excedunt, & isti pariter minus appetunt coitum, & si coeunt, facile resoluuntur, quia in corpus magnum multa absumitur alimẽti copia, & ideo excrementa pauca congregantur vtilia, semen autem excrementum est; inepti quin etiam rei venereæ reperiuntur homines frigidi & sicci, emaciati, senes, & quauis de causa debiliores facti, qui verò temperamento prædicto calido & humido præditi sunt, ij sine noxa veneri

operam

operam libere dare possunt, modo, tamen tempestiue id præstent, dum, scilicet semen præ eius multitudine turget, tunc enim aleuiatur corpus onere, quo antea deprehensum videbatur, calor naturalis vegetior redditur, & superflua absumuntur, & si tali in casu venus intermittatur, multa sequuntur incommoda, seminis videlicet corruptio, genitalium contabescentia vel fætor, ciborum fastidium, capitis grauitas, melancholia, pigrities, & ea omnia symptomata, quæ naturam veneni sapiunt, & quæ mulieres viduæ aut moniales sæpissime patiuntur; anni quoq; tempora pro venere exercenda cõsiderantur, nam hyeme venus non omnino incommoda censetur, quia tunc temporis homines ratione ambientis frigidi interius calidiores facti magis appetunt, & per conse-

quens plurimi sunt cibi, & multi excrementi & vtilis, quod cum à frigore concentrante resolui nõ permittatur, ad genitalia facile confugit: vere etiam tutissima est venus, quia sanguis tunc reperitur copiosus, æstate autem & autumno, aut nunquam, aut rarissime admodum veneri incumbendum esse voluit Cornelius Celsus: hora ipsa quoq; eligi debet, non enim statim post cibum, vt plurimi imprudenter faciunt, veneri indulgendum est, sed post secundam ciborum concoctionem, & corporis ab excrementis exonerationem, alioquin incidunt homines in articularem morbum: summatim igitur dicamus cum Galeno libro artis medicinalis, venerem vtilem esse, si tantum temporis in eius vsu intermittatur, vt neq; resolutio aliqua sentiatur, & homo

post-

post coitum se ipso leuior factus sit, ac melius spirare videatur: nam cum ipsa venus, superflua euacuando; cor a grauitate liberat, & laetificat, somnum alias interruptum conciliat, melancholiam moderatur, iracundiam compescit, imaginationes obscœnas tollit, plenitudinem eminentem diminuit; morbis omnibus à pituita prouenientibus, modo vires constent, exiccando conferre videtur, & calorem sopitum, excitando, adaugeat; at si ipsa venus immoderata fiat, quid mali non infert? extenuat, exiccat, animales, & vitales spiritus dissoluit, vniuersum corpus refrigerat, cruditates coaceruat; neruos eneruando, inducit paralysim, atq; tremorem, memoriam diminuit, visum hebetat, auditum tinnitu afficit, oris fœtorem præbet; morbum denique; gallicum humano

generi maxime infensum generat; quid ergo mirum, si homines salaces cito senescere, & breuioris esse vitæ voluerit Aristoteles lib. de longitudine, & breuitate vitę cap. 3.: animaduertant igitur homines, ne fræquentes voluptates ambientes & inquirentes, senectute immatura pręuenti minus delectentur.

## *De animi passionibus. Cap. XXXVIII.*

INTER ea quæ à summo opifice nobis in hac vita humana præcipua largita fuere, anima rationalis est, qua mediãte ad beatitudinem consequendam diriguntur homines, cuius præcipua facultate mediante, intellectu scilicet, Deo similes esse, & copulari homines auent, qua deniq; ijdem homines à brutis animantibus differunt;

sed

ſed eatenus hæc anima optime, & tutò hæc pręſtare videtur, quatenus nullis paſsionibus perturbatur, aut obruitur, immo eatenus corpus in ſanitate conſtitutum permanet, quatenus anima corpori iuncta nullis commouetur paſsionibus; quicquid enim mali patitur corpus, totum ferè patitur cū ab anima haud benè regulatur, & propterea Democritus ſapientiſsime dixit, ſed enigmatice, ſanitatem ſcilicet incolumem ſeruari ſi intus mel adſit, foris verò oleum; ideſt, ſi anima nullis perturbetur paſsionibus, & corpus exerceatur. porrò paſsiones animæ vel conſiderantur, abſtracte quatenus anima ipſa ſola ab ipſis perturbatur paſsionibus, vel conſiderantur concrete, quatenus anima iuncta corpori ab ijsdē commouetur paſsionibus; ſi primo modo cō-

ſide-

siderentur passiones animæ, tunc earum speculatio, & correctio pertinet ad ethicum, si verò secundo modo considerentur; tunc earum meditatio, & medela ad medicum spectat, vt corpus, cui iuncta anima est, in sanitate conseruetur; plurimum enim, vt diximus, alterant corpus animæ passiones, neq; corpore valere potest, animo qui ægrotat: verum quia dictæ passiones aliud nihil sunt, quam motus ipsius animæ rationi minime obedientes, motus verò animæ fit mediante sanguine spirituoso, & quia hic sanguis mouetur aut ad intra, aut ad extra, idcirco nō absonum rationi nunc erit quærere, quænam dictarum passionum ad exteriora sanguinem dictū expellant, & quænam ad interiora reuocent; ad exteriora & subito fertur sanguis in ira, in qua primo accen-

accenditur calor in corde, deinde dispergitur ad singula membra, modo tamen dictus calor fortis sit, & plurimis spiritibus refertus; quod si calor debilis sit, exteriora remanent frigida, & trementia, & tales irati loco rubei, liuidum colorem in facie demonstrant; ad exteriora pariter sed paulatim fertur sanguis in lætitia & gaudio, quod gaudium vel vehemens est, vel mediocre, vehemens dissipat calorem cordis & spiritus resoluit, nonnunquam etiam mortem aut syncopim inferre solet, mediocre verò, cor dilatando, interiora frigefacit, & exteriora calefacit: quod si ad interiora fertur sanguis, vel hoc accidit subito vt in timore, vel paulatim vt in tristitia: timor insuper vel magnus est, vel mediocris; si secundum, exteriora tantummodo

do refrigerat, interiora calefacit, & tremorem inducit, si primum, calorem innatum suffocando, nonnullis mortem, multis verò syncopim affert: tristitia & ipsa, cui inuidia adiungi potest, vel longo, vel breui tempore perseuerat, si breui, corpus exiccat & frigidum reddit, si longo, suffocat calorem naturalem, & tandem mortem inducit: rursus tristitia vel est de futuro malo; V. G. de morte imminenti, vel de præterito; V. G. de mortuo filio, prima inducit vigiliam, quia homo quærens quomodo ab eo malo sese explicare possit, in continua versatur meditatione, seu inquisitione, secunda verò inducit somnum, quia nulla ei spes relinquitur, filium V. G. recuperandi. cæterum harum animi passionum nonnullas expedit
am-

amplecti prò morte retardanda, nonnullas verò omnino repudiare licet; ira, quæ est feruor sanguinis circa cor cùm appetitu vlciscendi, spiritus conturbat, inflammat omnia membra, & actus omnes rationis confundit, & sæpius febres ephimeras excitat, quæ in hecticam nonnunquam commutantur, his igitur potissimum de causis vitanda est ira, nisi quantum ratio suadet aduersus illicita, iuxta dictum sacrum, irascimini & nolite peccare: gaudium & ipsum, si vehemens sit ob superius adductas rationes, omnino vitandum erit, mediocre verò, cum corroboret virtutem, maxime competit sanitati; immo, qui multis curis, & sollicitudinibus distrahuntur, gaudio sæpe vacare debent, & honestis solatijs, vt spiritus animales recre-

recreentur, & eo magis, si huiusce-modi homines paucæ carnis sint & sicci, impinguat enim corpus gaudium mediocre, licet noxium sit pinguibus & crassis nimis: timor sequitur, qui, cũ sit opinio mali imminentis quod videtur intolerabile, non solum morbos difficiles excitat, sed si vehemens admodum sit, mortem etiam inducit, veluti multis contigit, qui maximo timore perculsi, vitam cum morte subito mutauère: tristitia quoque hominibus noxia maxime esse solet, siue longa sit, siue breuis, quia exiccando maciem inducit, appetitum comedendi deijcit, concoctionem corrumpit, & syncopim, aut etiam mortem afferre nonnunquam solet; è contra verò hilaritas & tranquillitas animi excitat naturam, & mortem retardat, quia clarificat sanguinem, & per venas ipsum fluxilem reddit; perspicuũ autem

autẽ eſt naturã noſtrã motu præcipue conſeruari; & à putredine vindicari. eſſet hic agendum de odio & pudore, ſed quia hic ad triſtitiam, ille verò ad iram referri poſſunt, idcirco conſulto eos ſilentio præterire voluimus. melancholiam quoque omittere hic decreuimus quod ea ex triſtitia & metu ſit compoſita, eſt enim melancholia animi deſipientia citra febrem cũ metu & triſtitia; ortum habens ex melancholico humore ad cerebrum euaporãte, mentisq; temperaturam corrumpente; at ſuperius de dictis metu & triſtitia ſatis ſuperq; prò neceſſitate rei tractatum fuit, idcirco in caſſum hęc in medium denuo producerentur: hoc vno ſolo igitur contenti erimus, quod ſiue melancholia ſit per eſſentiam, ſiue per conſenſum totius, aut partis alicuius, omni ſtudio curandum erit, ne odium ſui ipſius ſuper-

# Errata ſic corrigito.

Pagina 4. mediorum. lege medicorum: vna. l. vno. P. 8. pais. l. pars. P. 15. ſempei. l. ſemper. P. 16. ouiq; l. cuiq; . P. 26. nfantium. l infantium. P. 39. temanet. l. remanet. P. 41. piœmio. l. proemio. P. 48. teſpondens. l. reſpondens: credetem. l. crederem. P. 62. ci. l. ei. P. 69 aducere. l. adducere: iacentibur. l. iacentibus. P. 75. conſtirpanturq; l. conſtipanturq; ſecudo. l. ſecundo. P. 80 tempors. l. temporis. P. 85. frigoræ l. frigore. P. 113. tium l. animantium. P. 129. perpedens. l. perpendens P. 132. alio. l. allio. P. 134. quantiras. l. quantitas. P. 136. gadibus. l. gradibus. P. 140. vix erit. l. vixerit. P. 145. aphoriſmorũs. l. aphoriſmorum. P. 150. in titulo. abbreiuari. l. abbreuiari: P. 152. ceitum. l. certum. P. 154. dlcere. l. dicere. P. 156. modıata. l. moderata. P. 162. veneris. l. venenis. P. 165 ſoum. l. ſolum P. 167. ſumptam. l. ſumptum. P. 183. ftuſtum. l. fruſtum. P. 189. noſtruui. l. noſtrum. P. 191. fitientes. l. ſitientes. P. 193. ſtatuitur. l. ſtatuit. P. 201. obtenditur. l. obtenduntur. P. 202. eorruptum. l. corruptum. P. 208. plac itis. l. placitis. P. 219. veruui. l. verum. P. 222. ductnm. l. ductum. & parumpcr. l. parumper.


IHS